erit aliquam personam pro suo salario habeat denarios octo pro die et pro
rata ut diem attigerit ¶ Et quando aliquis baiulus vadit ad picthiand
aliquam domum pro facto communis non habeat aliquid a communi nec ab illo cuius
est domus vel fuerit ¶ Item pignora que acceperit ipse baiulus ab aliquo assi
gnare teneatur Camerario communis tuderti et scribi facere per notarium ca
merarii ea die qua acceperint vel sequenti sub pena viginti soldorum Et
qui ibit pro facto alicuius persone specialis extra districtum tuderti habeat tres soldos
per diem ¶ Et nullus baiulus possit mitti ad catenam nec in carcerem
nisi mandato Potestatis Capitanei vel Iudicis malleficiorum et si aliquis alius offi
cialis communis tuderti fecerit contra predicta puniatur in decem libris cort. ¶ Item
quod nomen suum semper baiulus dimictat scriptum et det illi cui acceperit
pignus sub pena quinque soldorum cort. ¶ Et quod non possit portare aliqua
arma in districtus nisi arma communis tuderti ¶ Et quandocumque aliquis de Civitate
vel comitatu tuderti reciperet aliquid seu pateretur contra formam presentis statuti
ab aliquo baiulo communis talis qui sic pateretur et substineret possit ven
ire ad quemcumque militem seu notarium camerarii quem voluerit et
querimoniam exponere de recepta iniuria vel offensa contra formam huius
capituli Et ipsa querela exposita teneatur officialis coram quo expone
retur recepto sacramento ab eo de iniuria seu offensa recepta compellere
ipsum baiulum citatum de predictis sine mora incontinenti et facere pignora
ipsa restitui que accepisset et pignorato dupli quantitatis accepte eidem
restituere Et nichilominus ipsum baiulum punire secundum formam presentis capi-

pena baiuli non venientis ad palat.

j. i reformationibus fol. lxiiij. c. ...

ARCHIVIO ... COMUNALE

61v

Et Judex vel notarius sive miles contrafaciens puniatur vice qualibet in decem libr. den. Item baiuli qui ierint in comitatum ad pignorandum aliquem debeant portare in scriptis nomen illius vel illorum quos pignorare debet et nomen officialis mandantis ipsam pignorationem fieri et causam quare ipsa pignoratio mandatur fieri et nomen illius baiuli pignorantis et quantitatem quam recipere debet pro suo viatico Et si aliter pignoraret vice qualibet puniatur in viginti sold. Et quilibet possit tali baiulo contra predicta facienti pignus contradicere sine pena Et qui contra predicta mandaret puniatur vice qualibet in decem libr. Et si plures baiuli vel unus ierit vel reperiret in eodem loco plures vel unum eodem die pro uno viatico et quantum unus baiulus recipere deberet recipiat et non ultra inter omnes et debeat baiulus ipsam cedulam relinquere pignorato quibus baiulis et relationibus citationibus et executionibus et aliis que gesserint ratione eorum officii stetur et credatur

De consilio populi provideatur de debitis Napoleonis et de observatione conventionum factarum Comuni per Urselluz et fratres — Cxxiiij.

Item statuimus et ordinamus quod dominus potestas et dominus Capitaneus comunis tuderti et eorum et cuiusque ipsorum Judices et officiales teneantur et debeant modis omnibus quibus possint et videbitur expedire cogere cum effectu realiter et personaliter Nobiles viros Ursellum Armaliam et biancam filios quondam Nobilis viri francisci domini raynaldi Neapoleonis de Fughineo et quemlibet ipsorum ad executionem mandandum observandum faciendum et adimplendum comuni tuderti cum effectu omnia et singula pacta et conventiones promissa per eos et quemlibet ipsorum Religioso viro fratri paulo Anestasii de Interampne olim sindico comunis tuderti et sindicario nomine ipsi comunis stipulanti Et ipsa pacta et conventiones et promissa per eos facta ipsi comuni tuderti ab ipsis Ursello Armalia et biancia effectualiter et integraliter observare et adimplere prout continetur in instrumento sive instrumentis publicis scriptis manu Petri Nutii de tuderto notarii Et etiam in libro

reformationum cois tud edito tpr Nobilis militis dnj Baççantis
de forabuschis de florentia oli honorabilis Potestatis Civitat et
comitatus tudti scripta manu fr Francisci fr Moranti de monte
alano notarij et cancellarij cois tudti anno trentesimo vigesimo
quinto Inditione octaua tpr dnj Johis pp vigesimi secti ¶ Et q
regrantur pdti Discellus Armalucius et Brancard expte dcor dnor
Potestatis et Capitanei q infra mensem unum a regsitione tpr nu
merandum debeat cu effcu oia et singula dta pacta et conventiones
et promissiones attendere et adimplere ad pena ducentarum libr
den cortis eisdem et cuilibet ipsor auferend qd si adimplere cessa
verint condepnentur i penis pdtas ¶ Et nichilominus p observatione
ipor pactor et promissor p eosdem dco coi tudti Creetur sint
vnus vl plures put placuerit dnis potestati Civitatis tudti
ad capiendum tenutam et possessionem bonor et rer cotent in istru
mtis ipor pactor videlicet Curtonj fostianj Toricelle Antignanj
et omnium terrar et possess sitar a flumine pulce usque ad flumina
timmie et Lactonj et a curtone castri gualdi captaneor usque
ad curtonum Castri pomontis usque ad curtonum castelli bonj quod
fuit francisci et Neapoleonis dnj Raynaldi Neapoleonis et ipam te
nutam et possionem tenend et conservandum Et ad recipiend et reco
ligend fructus redditus et provectus dcti Curtonj noie et vice dci
cois et pro ipo coi ¶ Et q singula officia dnor pdor tenean
tur et debeant sollicite requirere pdtos dnos potestatem et Capitaneu
et eor officiales ut pdta faciant et deducant penitus i effectum
¶ Et q si ipi dns Potestas et Capitaneus fuerint negligentes i
pdtis quilibet ipor incurrat pena centum libr den i qua tpr
sindicatus p sindicum dci cois debeat condepnari ¶ Et q dci sindici
recipiant instrumenta concessionum possess et terrar dcor terminor
ab omnibus laboratoribus ipar terrar Confirmantes locationes factas
et faciend p Camerarium dci cois ¶ Et q camerarius dci cois

ARCHIVIO · BIBLIOTECA

incontinenti dicti cois mictat cum alijs scotis scotas ptinentes ad pdictos
Orsellum Armalicum et Briccianum sub quacumque noie censeri cum effectu
obseruauerint et adimpleuerint omnia et singula pmissa dicto commun. Et
nichilominus tpre primi potestatis post publicationem presentis statuti et sub
sequenter primo mense offitii eiusdem Capitanei fiat ppositio in consilio ppli
quod sit faciendum per Commune tuderti ad hoc ut ipsi coi integraliter satis
fiat per pdictos Orsellum Armalicum et Briccianum de omni eo in quo sunt
obligati coi tuderti quocumque modo iure uel causa. Et ad hoc ut iura
que ipsum Commune habet in terris locis et possessionibus olim supradicti
Neapoleonis manuteneantur possideantur et fructificentur per ipsum
Commune tudertum. Et generaliter quod sit faciendum per dictum commune tuderti
super pdictis et super omnibus dictam materiam tangentibus. Et quicquid per dictum consi
lium fuerit deliberatum executioni mandetur per illos quibus dictum consilium
commiserit ante quam de dicto consilio discedat. Et quod dominus potestas qui
pro tempore fuerit tempore quo dicta ppositio fiet in ipso consilio teneatur sapie
ntiorem uel pluribus de dicto consilio ut consulat super dicta materia illud quod
pro utilitate dicti cois crediderint conuenire. Et ille uel illi cui uel quibus
dictus dominus potestas mandauerit teneatur iurare ad sancta dei euangelia
consulere utiliter pro coi bona fide et sine fraude remoto hodio amo
re prętio sprete et timore

pro omnibus in mense … [illegible]

D. II.

Rubrice secunde distinctionis

De elemosinis religiosorum.

Item statuimus et ordinamus quod elemosine faciende per comune tuderti infra
scriptis religiosis fiant et fieri debeant infrascripto modo videlicet quod came
rarius comunis tuderti teneatur et debeat dare et soluere de auere et pecu
nia ipsius comunis omni anno de mense octubris sine proposita facienda in con
silio generali infrascriptis fratribus sancti fortunati. Centum libras cortonenses. fra
tribus sancti Leucij octuaginta libras. fratribus sancti Augustini septuaginta libras.
et fratribus sancti Marci Triginta libras cortonenses. Et quod dictus camerarius teneatur
et debeat dicto tempore dare et soluere supradictis fratribus supradictas quantitates
denariorum sine alia deliberatione fienda.

Quod in consilio populi semel in anno de elemosinis faciendis generaliter proponatur.

Item statuimus et ordinamus, ad hoc ut ciuitas tudertina perpetuo pacis bene
ficio patiatur quod dominus capitaneus populi, uel alius officialis comunis tuderti qui consilium
populi habuerit congregare, teneatur et debeat proponere in consilio populi ad minus
semel in anno eo tempore quo domino potestati prioribus populi uidebitur et placebit quid
placet ipsi consilio prouidere super elemosinis faciendis per dictum comune generali
religiosis, etc., et pauperibus quibuscumque. Et id quod tunc in dicto consilio deli
beratum fuit in predictis executioni mandetur.

De defensione et conseruatione hospitalium et locorum religiosorum et quod eorum cause sine salario diffiniantur.

Item statuimus et ordinamus quod potestas et capitaneus et qui loco eorum fuerint, et iudices
curiarum ciuitatis tuderti, teneantur hospitale ciuitatis et hospitalia omnia et loca re
ligiosa ciuitatis et comitatus tuderti et bona et possessiones ipsorum existentes
in ciuitate uel comitatu tuderti defendere et custodire ita quod non patiantur aliquod
dampnum uel iacturam, siue offensam. Et quilibet iudex comunis tuderti teneatur
rectores fratres et procuratores ipsorum statuum hospitalis et locorum religiosorum eorum
petitiones et questiones audire, et eas diffinire sine salario diebus feriatis
et non feriatis cum quacumque persona loco collegio et uniuersitate litigarent. Et
nullus oblatus uel familiaris ipsorum hospitalium et locorum religiosorum coga
tur ad aliquod datium uel collectam, uel exactionem soluendam, ita tamen quod nullus
oblatus uel familiaris in fraudem, uel exonerationem date ipsorum uel ob aliquod

ipsorum locorum. Et hoc intelligatur si talis oblatus vel familiaris non habitaret extra
ipsa loca. et similiter non intelligatur de rebus quas obtulerit non obsta
te aliqua donatione nomine emancipationis alicui suo filio, vel nepoti, de quibus
bonis solvat datam communi tuderti, ipse vel alius qui suo nomine possideret ipsa
bona, non obstante aliqua sententia absolutionis que esset lata per aliquem ex
iudicibus novis communis tuderti ipsi oblato vel suo filio vel nepoti. Et hoc in
telligatur circa potestariam Rayneri de baschio et hugolini de alviano olim po
testatum tuderti, salvo quod de rebus quas obtulerit deo ecclesie unde iustitia pauperum ap
parent de quibus nullum sustineat gravamen vel honus ¶ Et siquis dix
erit omnia sua bona se obtulisse deo et ecclesie potestas tuderti ipsum venire fa
ciat in consilio generali tuderti et recipiat potestas nomine ipsius communis instrumentum sue
confessionis ¶ Et predicta nullo modo ledant vel ledere possint aliquem civ
em vel comitatensem tuderti ¶ Et predicta intelligatur similiter in pendentibus etc.
Et hoc capitulum non possit tolli consilio vel arenga, et solvat datam quicumque
tenet de bonis oblati, sive prebendati, frater, filius, et quicumque alius pos
sidet solvat non obstante preterito et futuro

De provisione facienda ad petitionem fratrum cuiuscumque ordinis — R. iiij

Item quod potestas teneatur ad petitionem fratrum sancti leu[illegible] et aliorum fratrum cuiuscumque
ordinis ponere ad consilium generale communis tuderti ut per ipsum consilium ordine
tur et deliberetur de provisione facienda ipsis fratribus tempore quo capitulum pro
vinciale fieret, et illud quod per consilium deliberabitur per potestatem illud exe
cutioni mandetur ¶ Et quod potestas teneatur predicta executioni mandare sub pena
centum librarum de suo salario, et camerarius communis tuderti teneatur dare et solvere ipsis
fratribus cum effectu de avere communis id quod deliberatum fuit et provisum per
dictum consilium absque aliqua exceptione vel acceptatione sub pena decem librarum
communi tuderti solvenda de suo salario.

Quod baiuli teneantur obedire domino episcopo — R. v.

Item statuimus quod omnes baiuli communis tuderti teneantur obedire domino episcopo et eius
vicario et hiis que ad eorum officium pertinent, et ipsum officium teneantur
ipsi baiuli in ipsa curia fideliter exercere et legaliter.

Quod incluse intelligant sine salario. — R. vj.

Item quod omnes incluse et carcerate intelligant sine salario et sumarie diebus feriatis et non feriatis. Et Judices comunis tudertini legatis eisdem factis et faciendis Jus eis facere secundum statutum.

Quod syndicus hospitalis caritatis admictatur ad accusandum — R. vij.

Item statuimus et ordinamus quod syndicus hospitalis caritatis admictatur ad accusandum et audiatur in mallefitiis realibus in curia mallefitiorum comunis tudertini dummodo nomine rector hospitalis coram Judice et dicat et affirmet quod ipse syndicus de ipsius voluntate accusat.

Quod potestas faciat fieri bannimenta ad petitionem preceptoris hospitalis caritatis. R. viij.

Item teneatur potestas facere bannimenta quotiens placuerit preceptori hospitalis et eius syndico quod quilibet notarius assignet preceptori predicto omnia legata et donationes factas dicto hospitali per aliquam scripturam factam per ipsos notarios. Et si non assignaverit in centum solidis quotiens contrafecerit ipse notarius puniatur.

De inducendo syndicum in possessionem bonorum hospitalis caritatis. R. viiij.

Item statutum est quod potestas et capitaneus et quilibet Judex ad quem habetur recursus syndicus hospitalis caritatis teneatur inducere sumarie sine strepitu Judiciorum ipsum syndicum nomine dicti hospitalis in corporalem possessionem omnium bonorum que fuerint olim oblatorum dicti hospitalis vivorum et mortuorum non obstante si instrumentum oblationis esset cancellatum nisi esset factum pro utilitate dicti hospitalis auctoritate consilii tudertini.

De ordinamentis hospitalis caritatis. R. x.

Item statuimus quod potestas et qui loco eius fuerit teneatur facere fieri inventarium de bonis et rebus hospitalis caritatis infra unum mensem post introitum sui regiminis et reducere possessionem ipsius in publicam scripturam de quo inventario fiant duo infra unum quorum sit penes priorem sive preceptorem ipsius hospitalis et aliud penes comune. Et ipsum faciat cum diligentia reponi et custodiri apud ydoneam personam pro comuni. Et nullus contractus possit nec debeat fieri de bonis ipsius hospitalis vel parte ipsorum vel

alicui rei ipi hospitalis vel parte ipor sine consensu et uoluntate cois tud.
Et siquis contractus fuit factus in preiudicium ipi hospitalis dcus po
tas faciat ipm irritari et cassari et de hoc teneat face inqsitionem ui
si fuerit contractus laboncy qui uendidit sibi locum spatio trium
annor. Et siquis preceptor fuit eligendus remaneat in arbitrio
consilii populi et teneat face consilium ad petitionem preceptoris ipi ho
spitalis. Item nullus possit vel debeat aqua pluuialem fluentem
p uiam cois a porta scte presedis usq ad dcm hospitale impedire qn
uadat ad hoc ut sedilia dci hospitalis melius purgentur ita q ueniat
recte ad dcm hospitale. Et siquis contrafecerit puniat in soldis uigi
nti qualibet uice. Item omes oblati et familiares ipi teneat obe
dire mandatis preceptoris siue rectoris positi et ordinati a dco co
muni dco hospitali. Et non possit potestas siue capitan vel recto
cois tud nec aliquis de ipor familia pannos seu lectos ab ipo hospi
tale seu preceptore ipi et si rector siue preceptor faceret dcis pota
ti capitaneo vel rectori vel alior cor et alicui de cor familia comodare dic
tos pannos vel lectos cadat a suo officio. Et si dicti potas capitan si
ue recto vel aliqs de cor familia contrafecerit condepn p qualibet ui
ce i libr uigintiquinque den. Et nullus actentet aliquam mulierem
intra ipo hospitali morantem corrumpere vel ad aliquem actum peruenire cu
aliqua earundem contrafaciens in centum libr debeat condepnari et plus
arbitrio potatis et inibitur ipi preceptori hospitalis vel alior hen
tis officium a coe tuderti in dco hospitali. Et contra ipor uoluntatem. Nullus
intret hostiu dicti hospitalis vel caustrum ipi sub pena uigintiquinq
libr et plus arbitrio potatis capitan vel alterius rectoris cois tud.
Et preceptor siue rector ipi hospitalis teneat et debeat semel in
anno uenire ad consilium tuderti et in dco consilio confiteat se tene
re pro dco coi dcm hospitale caritatis et bona ipi. Item q nulla ps gra
uet vel grauari debeat i aliqua data vel collecta soluenda p terris et
possessionibus quas dcm hospitale emit vel alio quocumq mo ad ipm

penale

hospitale pervenerit et elevent de libris illorum quorum fuerit et ponantur et scribant in inventario dicti hospitalis. Et quod potestas primo mense sui regiminis teneatur precise ponere in consilio generali de uno rectore eligendo per comune in hospitali, cuius officium duret per annum et non ultra, et alius eligatur. Item quod potestas, capitaneus et quilibet iudex civitatis communis Tuderti ad quem syndicus hospitalis habebit recursum teneatur et debeat causas dicti hospitalis cum quibuscumque dictum hospitale ipsas haberet intelligere et diffinire et sine iuris calumpnia, vita fide per testes, vel per instrumentum ad petitionem sindici dicti hospitalis, statuto aliquo non obstante. Et quicumque venire voluerit ad dictum hospitale et pro utilitate ipsius hospitalis voluerit hedificare ex aliqua parte dicti hospitalis aliquam domum suis expensis, et dimictere de bonis suis dicto hospitali et facere dictum hospitale heredem in bonis suis quod libere possit facere. Et quod per rectorem dicti hospitalis, nec per aliquem expelli possit, ita tamen quod ipse locus et ipsa domus ipsi hospitali remaneat, et quod talis qui venient de bonis dicti hospitalis habere non possit, vel percipere nisi de voluntate rectorum et personarum dicti hospitalis. Et quod dicta domus concedatur dicto hospitali irrevocabiliter. Et quod nullum officium habeat in hospitali nisi illud quod ei commicteret per rectorem dicti hospitalis existente in dicto hospitali pro communi Tuderti.

Ordinamenta hospitalis karitatis. R[ubrica]. xj

Cum hospitale caritatis sit communis Tuderti, eius cure sit et tutele immediate immissum, necesse illud quod dici solet interdum negligi quod communiter possidetur, statuimus quod nulla persona cuiuscumque condictionis existat, audeat aliquam iniuriam personalem vel quocumque modo excogitari possit, rectori ipsius hospitalis qui nunc est, vel pro tempore fuerit, vel aliarum persone hospitali oblati, genettatice vel familiari, seu ministro, inferre, vel inferenti consentire, sive dare adiutorium vel favorem in domibus, terris, vineis et arboribus, seu silvis, vel salectis vel aliis quibuscumque rebus ipsius hospitalis, vel ad ipsum hospitale spectantibus aliquod dampnum dare. Qui autem contrafecerit

ARCHIVIO · BIBLIOTECA COMUNALE · TODI

65

emendet dapn et pena quatrupli puniat, contenta i stat. cois tudti p

dca iniuria dapno mallio ul excessu. Et si pena no cotineret express

ad similem pena ipam quadruplicando teneat, Et si similis pena no

reperiret procedat scdm ius coe ul put e uidebit. De cause hospitalis

caritatis infra xl dies tminent et de aliis ordinamtis p eo. xy

Item statuimus q cause hospitalis caritatis cois tudti pendentes et fu

ture infra quadraginta dies continuos a die porecte petois tam i age

do q in defendendo sumarie et de plano sine strepitu et figura iudi

cii, diebus utilibus et feriatis seruata ul no suata solepnitate et

substantialitate iuris, et statutor cois tudti possint et debeant diffi

nire. Et q iudices coram quibus cause hospitalis uerterent tenea

tur infra dcm tps dcam causam diffinire, partibus psequentibus pen

Quinquaginta libr p quolibet et qualibet uice. Et q hospitale pdi

tum audiat sine solutione salarii faciendi cam cois tudti tam i pnci

palibus causis q appellatonu dci hospitalis aliquo no obstante. Et quicunq co

putabit faciantur potati capitn et ipor officialibus exprimat istud ca

pitulum et aliud capitulu proxime precedens. Et si no exprimeret habe

atur ex nunc ipo facto in ipo iur expresso. Item q omes oblati

gectatici et familiares dci hospitalis rectori et officialibus poitis

p ipm rectorem in ipo hospitali debeat obedire. Et ipe rector pos

sit eis precipere et eos cogere et cohercere p ut sibi uidebitur

Et potas et capitn et quilibet ipor teneat ad petom ipi rectoris da

re sibi beruarios ad capiendu et carcerandum hospitalarios qui de

linquerent et no starent ad obedientiam rectoris ipi hospitalis.

Item q nullus de hospitalariis cuiuscunq condictonis existat portet nec

portare possit arma sine licentia speciali rectoris hospitalis pdci

qui uo contrafecit puniat p potatem ul capitn sicud puniretur q

cunq alius tudtinus de portatone armor sicud de uolutate recto

ris processit. Item q rector dci hospitalis et pr et familiares dci

hospitalis no possint nec debeat nec aliquis ipor possit aliqua

arborem nec aliqua massaritiam dicti hospitalis dare aliaque nec acto
modare sine licentia consilii generalis comunis tuderti. Item quod potestas ca
pitaneus et ipsorum curia esse debeant favorabiles et dare adiutorium consi
lium et favorem rectori et sindico dicti hospitalis et ipsi hospitali.
Item quod potestas teneat et debeat presens capitulum de verbo ad verbum
infra octo dies post introitum sui regiminis facere legi in consilio genera
li comunis tuderti et postea omni mense una vice toto tempore sui regiminis et tunc
debeat monere consilium quod caveat se ab omnibus supradictis. Et postea tene
atur facere bannire quolibet mense sub dicta pena. Et quicumque fu
erit rector vel notarius dicti hospitalis elapso termino sue electionis et notarius non po
ssit esse rector vel notarius dicti hospitalis ab exitu sui officii ad tres annos pro
subsequentes. Salvo quod predicta non intelligantur in fratibus minoribus pre
dicatoribus et heremitis.

[illegible] ... banniare quolibet mense

De inventario faciendo de bonis hospitalis caritatis et de aliis ordinamentis pro eodem. C. xiii.

Statutum et ordinamentum quod in quodam quaterno libri nove comunis tuderti scri
bantur terre vinee et possessiones hospitalis caritatis dicti comunis quas ha
bet et in futurum ad dictum hospitale pervenientes et eorum extimationes.
Item quod singulis sex mensibus fiat inventarium de bonis et rebus dicti hospi
talis tam bladi quam vini lectorum bestiarum fornicarum terrarum domorum pos
sessionum molendinorum vegetum cultrarum gennadi bucarannis materacciorum
et aliarum suplectilium eiusdem hospitalis. Et predicta omnia reducatur
in publicam formam per notarios eligendos per comune tuderti pro hospitali predicto. Item
quod sacerdos sive sacerdotes qui erunt pro tempore in dicto hospitali eligatur
et mutari debeat per comune tuderti et pro tempore quo dicto comuni placuerit. Et ali
ter nullus stare presumat. Item quod nullus syndicus camerarius preceptor vel
spetialis qua dicti hospitalis qui vel que ad aliquod interfuisset officium in
dicto hospitali possit habere vel debeat simile officium in dicto hospita
li inde ad unum mensem proxime futurum computandum a die sue electionis
facte vel fiende. Et siquis de dicto hospitali eligeret ad ipsum officium
et ipsum acceptaret puniatur arbitrio potestatis vel capitanei secundum qua

f

litatem persone vel officii. Et nichilominus a dicto officio removeatur, et nu-
llum officium habere possit in dicto hospitale ab inde ad quinque annos
cum hac condicione quod hec clausula remaneat in provisione illorum qui
esse debent cum guardiano dicti hospitalis. Item quod omnes infirmi
qui sunt nunc vel erunt in dicto hospitali custodiant et custodiri debeant
et custodiri faciat per duos bonos viros in omnibus rebus necessariis
expensis omnibus dicti hospitalis. Et ad custodiam predictam eligantur
unus masculus et una femina de dicto hospitali. Et siquis custo-
diendo fuerit negligens in predictis, expellantur imperpetuum de dicto ho-
spitali et per directum vel per obliquum recipi non [?] debeat aliquo tempore. Item quod
nulla mulier etatis quadraginta annorum et ab inde infra possit stare
in comitatu in qualibet domo sive mansione dicti hospitalis, nec habeat cum a-
liquo masculo dicti hospitalis cum aliquo vel per se et si staret quod re-
moveatur et perdat omnia eam et masculus qui sic starent puniantur infra
fuit domino potestati vel capitulo secundum qualitatem delicti et per. Item quod
nullus conversus [?] sive oblatus dicti hospitalis qui nunc sunt vel erunt
in futurum possit per se vel alium habere aliquas possessiones, bestias in soc-
cidam vel aliquas alias res cum aliquo vel aliquos denarios cum instrumentis
vel sine, et siquis de dicto hospitali reperiret aliquid debere recipere per
se vel per interpositam personam cum instrumentis vel sine de rebus predictis
vel aliqua earum de quibus rebus ab aliqua persona quod dicta bona dicto hospi-
tali extunc prout extunc applicentur. Et nichilominus contrafaciens per dictos
dominos potestatem et capitulum vel alterum ipsorum talis recipere debens condemp-
netur prout de eorum processit voluntate. Et talis debitor cogatur ad sol-
vendum ad petitionem cuiuslibet petentis pro dicto hospitali. Item quod omnes
et singuli tam mares quam femine dicti hospitalis tam magni quam
parvi teneant et debeant portare palam in omnibus eorum vestimen-
tis signum dicti hospitalis et communis tuderti factum vel faciendum
infra certum terminum eis statuendum per dictos potestatem capitulum vel
eorum milites et contrafacientes incarcerentur. Dicti hospitalis nunc

teneantur portare signum faciendum per capitulum [?] vel militis.

9

tatur et detineat prout de ipsorum dominorum processit voluntate. Et nichilominus
dicta singna ponatur et poni debeat in omnibus captoniis lectorum. ¶ Item
quod omnes et singuli mares dicti hospitalis teneantur et debeant habere
mantellum amplum cum capputeo retro, et capellina unaquam dicto singno
et secum continue portare. Et quod nullus ipsorum habere possit cappa
mantellum tondum vel captaronum et de uno colore. contrafaciens et
portare nolens puniatur ut supra dictum est. Et de dicta domo expellatur ¶
Item quod omnes et singuli tam mares quam femine dicti hospitalis te
neantur et debeant manducare insimul, et comedere ad mensam propri
am sive refectorium et palam, videlicet masculi per se et femine per
se ad sonum campanelle et de communi coquina. contrafaciens puniatur ut
supra dictum est in precedenti clausula. Et hec non intelligantur de
infirmis vel qui singnarentur eo die vel sequenti ¶ Item quod nullus
masculus dicti hospitalis de nocte possit stare inter mulieres, et lo
ca deputata dictis mulieribus, contrafaciens fustiget vel ad aliam penam
contra delinquentes procedatur ¶ Item nulla mulier dicti hospitalis pos
sit stare de nocte inter masculos et habitatores masculorum. contrafa
ciens puniatur ut supra dictum est ¶ Et contra delinquentes procedatur per
inquisitionem et accusationem prout visum fuerit rectoribus dicti hospitalis ¶.
Item quod omnes et singuli dicti hospitalis familiares qui nunc sunt et erunt in fu
turum alimententur et gubernentur de rebus eis necessariis de rebus
et bonis dicti hospitalis secundum facultatem et possibilitatem hospi
talis predicti ¶ Item quod omnes fructus dicti hospitalis ultra ali
menta predicta convertantur in maritandis mulieres hospitalis predicti an
nuatim vel in aliis necessariis eidem hospitalis ¶ Item quod omnes
et singuli notarii civitatis et comitatus tudertini teneantur et debeant in
culo iuramenti quando facerent aliqua testamenta sive aliquod testamen
tum recordare hospitale caritatis communis tudertini et pauperes ipsius ho
spitalis ¶ Item quod rector hospitalis teneatur recipere in hospi
tali omnes pauperes et pauperissimas personas infirmas ¶ Item

h

quod nullus masculus vel femina de dicto hospitali possit vel debeat habere cameram clausam per se vel lectum clausum cortinis camaris vel sine set in publico dormitorio et palam. Contra faciens de dicta domo expellatur. Et hec non intelligantur de infirmis. Item quod omnes et singuli de dicto hospitali sani corpore a quatuordecim annis supra et a septuaginta infra teneantur laborare et facere servitia ipsi hospitalis facere secundum possibilitatem ipsarum personarum. Contrafaciens de dicto hospitali expellatur. Item ad hoc ut homines et mulieres de supradictis omnibus contentis in suprascripto capitulo non possint pretendere ignorantiam quod semel in mense inter eos ad minus legantur vulgari sermone omnia et singula supradicta contenta in presenti capitulo et alia fienda in futurum per agumtatore hospitalis predicti

De descendentibus de hospitale civitatis. R(ubrica) xiiij

Item statutum quod si aliquis vel aliqua ex oblatis seu proiectis hospitalis civitatis hactenus sua culpa offensa sive delicto exiverit aut expulsus fuit vel alias sine licentia et voluntate rectoris qui pro tempore fuerit et familie dicti hospitalis se absentaverit et recesserit de ipso vel ab ipso hospitali, qui vel que non redierit et remanserit in ipso hospitali ad servitium ipsi hospitalis et ad obedientiam ipsi hospitalis, quod de cetero in dicto hospitali vel muneribus non recipiantur nec valeant remanere. Immo a beneficiis et muneribus ipsi hospitalis et membrorum suorum perpetuus sit exclusus. Et quod hec locum habeat in preteritis tantum. Item in futurum tam si aliquis vel aliqua de oblatis vel proiectis dicti hospitalis suo delicto offensive vel culpa exiverit seu expulsus fuit vel etiam sine licentia et sine voluntate familie dicti hospitalis et rectoris qui pro tempore fuit de dicto hospitali aufugerit seu se absentaverit a dicto hospitali et servitio dicti hospitalis et obedientia ipsi rectoris qui pro tempore fuit in ipso hospitali vel membris ipsi de cetero non valeat remanere nec in ipso modo aliquo recipi

pratum ad aliquod beneficium seu munus. Et si aliquis aut aliqua de predictis
dictis oblatis vel precetis hospitalis predicti vel aliquis alius aliqua ex causa
predictis exivisset dictum hospitale contra voluntatem dicti rectoris, qui pro
tempore fuit vellet remeare dictum hospitale quod potestas et capitulum comunis
Tuderti qui pro tempore fuit teneant ipsos punire et puniant eorum
arbitrio et rectoris hospitalis predicti.

De electione et salario advocati, syndici et notarii hospitalis caritatis. R° — XV

Item statuimus quod domini priores populi conservatores status pacifici civitatis Tuderti de mense Januarii quolibet anno eligant pro futuro anno unum advocatum, unum syndicum et duos notarios pro causis et negotiis hospitalis caritatis gerendis et administrandis in scripturis et actis tractandis expensis dicti hospitalis cum salario consueto. Et illi qui fuerit advocatus, syndicus vel notarius dicti hospitalis unius anni non possint esse ipso anno finito in dicto officio inde ad duos annos proxime finitos. Et nullus possit advocationis, syndicatus seu notarii officium exercere nomine dicti hospitalis et pro dicto hospitali nisi fuit electus per officium dominorum priorum populi ut supra dictum est ad penam quinquaginta librarum pro quolibet et qualibet vice. Salvo quod si quis advocatus vel syndicus vel notarius dicti hospitalis esset iusta causa impeditus quod tunc rector dicti hospitalis possit alium advocatum, syndicum et notarium expensis dicti hospitalis conducere ut ipsi rectori videbitur convenire.

Quod bona hospitalis absque licentia consilii populi alienari vel obligari non possint. R° — XVI

Item statuimus et ordinamus quod per aliquem rectorem vel syndicum hospitalis caritatis civitatis Tuderti sive capitulum hospitalis predicti non possit quomodolibet in futurum acquiri aliqua quantitas pecunie nec de possessionibus dicti hospitalis pignorare vel modo aliquo obligare sine expressa licentia consilii populi dicti comunis et si fieret dictum mutuum et dicta pignoratio et ob

Non possit esse advocatus nisi eligatur a consilio

ligato sit cassa et ualoris nullius / Quod domini priores vadant ad ho
spitale caritatis et de ratione reddenda eis de bonis hospitalis eiusdem. Rubrica — xvij

Item statuimus et ordinamus quod domini priores populi teneantur et de
beant tempore cuiuslibet prioratus ad minus octo ex eis unanimiter cum
notario ire ad dictum hospitale caritatis et ibi facere inquisitionem
sollepnem de hiis que fiunt et administrantur in dicto hospitali et
si inuenerit aliquid male factum uel aliquid quod uideretur dictis dominis
prioribus legi facere in consilio populi quod fiat super predictis illud quod
ipsis dominis prioribus videbitur et placebit. Et quod ipsi domini priores
semel in anno de mense Januarii reuidere possint et debeant ipsa in
uentaria hucusque facta et imposterum facienda de bonis et rebus dicti
hospitalis tam mobilibus quam stabilibus et se mouentibus et credi
tis et debitis et introitibus et exitibus ipsius hospitalis et rationem
calculare et eam recipere ab administratoribus dicti hospitalis Et
quod faciant obseruare omnia et singula statuta facta in utilitatem hospi
spitalis prefati. De iuramento rectoris hospitalis caritatis et de ratione
introituum et expensarum dicti hospitalis legenda in consilio populi. Rubrica — xviij

Item statuimus et ordinamus quod quilibet rector dicti hospitalis antequam
officium incipiat teneatur iurare ipsum officium facere legitime lega
liter et sollicite bona fide in consilio populi dicti communis quo finito
statim reddere rationem de introitibus et expensis ipsius hospitalis co
ram rationatoribus per dominos priores populi deputandos que ratio
legi debeat in consilio populi dicti communis. Quod nullus recipiatur
ad uitam in hospitali sine licentia dominorum priorum. Rubrica — xviiij

Item quod nullus possit recipi ad uitam in dicto hospitali sine ex
pressa licentia dominorum priorum populi dicte ciuitatis quorum dominorum
priorum esse debeant in concordia ad minus due partes et si quis
uero rector contrafecerit ad uitam in dicto hospitali aliquem admictere
de proprio perdat totum eius salarium et remoueatur ab officio supradicto

De salario rectoris hospitalis. Rubrica — xx

Item quod salarium dicti rectoris si fuerit de civitate vel comitatu Tuderti
non possit excedere quantitatem quinquaginta librarum per annum.

De inquisitione facienda per rectorem hospitalis. Rubrica. xxi

Item quod quilibet rector dicti hospitalis debeat facere inquisitionem de pro-
iectis in dicto hospitali si est aliquis ipsorum etatis quindecim annorum
vel ab inde supra quod dicto hospitali debeat se offerre. Et si ipsorum aliquis
recusaverit se offerre in hospitali prefato quod de ipso hospitali expel-
latur et non possit postea recipi in ipso hospitali modo aliquo in futurum.

Quod rector hospitalis notificet dominis prioribus ordinamenta et inventaria hospitalis et ipsa ordinamenta penes se habeat. Rubrica. xxii

Item statuimus et ordinamus quod rector dicti hospitalis teneatur et debeat
singulis annis prima edomada mensis ianuarii comparere coram ipsis dominis
prioribus et eisdem notificare contenta in ordinamentis dictis et co-
ram eis dicta inventaria exibere vinculo iuramenti. Et ad penam vi-
ginti quinque librarum denariorum ei de facto auferendam. Et idem rector debeat
penes se habere omnia et singula statuta et ordinamenta facta et imposte-
rum facienda per comune Tuderti pro hospitali predicto super negotiis ipsius hospita-
lis, et ipsa statuta semel in anno facere legi in capitulo seu adu-
nantia ipsius hospitalis.

De loco concedendo fratribus minoribus in tenuta Collis Aquile et quod potestas mictat familiam in die translationis ad ecclesiam sancti Fortunati. Rubrica. xxiii

Item statuimus quod fratribus minoribus de Tuderto detur et concedatur
locus pro ecclesia hedificanda in tenuta Collis Aquile extra dictum castrum
iusta ipsum castrum secundum quod fuit assignatus per capitum et consules.
Item potestas in die translationis sanctorum Fortunati et Cassiani tenea-
tur mictere de sua familia ne venientibus ad ipsam ecclesiam
in dicto die aliqua iniuria vel molestia inferatur.

Quod potestas mittat familiam nocte vigilie sancti ad ecclesiam sancti Fortunati. Rubrica. xxiiii

Item statuimus quod potestas nocte vigilie sancti ad ecclesiam sancti Fortunati
mictere debeat et teneatur de sua familia ad reprimendum illos qui
facerent bactisterium ut non destruant eorum vel alias res dicte
ecclesie.

De electione duorum virorum qui recipiant cereos in festo sancti fortunati rubrica. — XXV

Item quod domini priores populi teneant et debeant tribus diebus ante festum sancti fortunati eligere duos bonos et legales homines, quibus assignent omnes cereos qui portantur de civitate per syndicos castrorum et villarum comitatus tudertini ad dictam ecclesiam. Qui cerei postea offerantur ad altare sancti fortunati

De bonis ecclesiarum defendendis rubrica — XXVI

p. c. xxxv

Item teneatur potestas bona ecclesiarum manutenere et bene tractare et dare et prestare eisdem consilium et favorem ita quod ipsa bona et ecclesie perpetuo in salvitate perdurent.

De procuratoribus concedendis fratribus rubrica — XXVII

Item statuimus quod potestas ad petitionem fratrum minorum predicatorum et aliorum fratrum teneatur et debeat dare et concedere eis et cuilibet dictorum ordinum procuratorem qui pro eis agat et defendat iura ipsorum religiosorum in quacumque curia sine salario

De provisione facienda fratribus sancti fortunati rubrica — XXVIII

Item statuimus et ordinamus quod ad laudem et honorem sanctissimi fortunati confessoris quod certe fratrum eius ad civitatem tuderti venientium per commune tuderti provideatur ipsis fratribus sancti fortunati de sexaginta libris cortonensium de avere communis tuderti que debeant eis dari sine aliqua exceptione et acceptatione et sine aliquo alio stantiamento inde faciendo. Et potestas teneatur eis dare facere decem diebus ante dictum festum sub pena centum librarum cortonensium. Et camerarius etiam dicti communis sub pena decem librarum cortonensium dictos denarios dictis fratribus dicto tempore solvere teneatur.

penat

De cereis portandis per sindicos comitatus in festo sancti fortunati rubrica — XXVIIII

Item statuimus et ordinamus quod quelibet universitas cuiuslibet castri et ville comitatus tuderti teneatur dicto sero portare ad civitatem tuderti unum duplerium de cera bonum et sufficientem et presentare in pede scalarum palatii communis officialibus qui per dominos priores populi fuerint deputati. Et nullus de civitate duplerium dare debeat, set in suis manibus

portare/

Quod quelibet ars in festo sancti fortunati se debeat congregare rubrica — xxx

Item statuimus et ordinamus quod consules cuiuslibet artis quindecim diebus ante dictum festum faciat congregare et adunare suam artem et quelibet ars cereum et luminariam habeat dicto sero / Quod quelibet communitas faciat in festo sancti fortunati luminaria rubrica — xxxi

Item statuimus quod universitas cuiuslibet castri et ville comitatus tudertini teneatur dicto sero facere in eorum castris et villis luminaria et gaudium ignis in quolibet loco convenienti ipsorum castra et villas / De bonis ecclesiarum defendendis rubrica — xxxii

Item statuimus et ordinamus quod potestas et capitaneus et qui loco eorum fuerint teneantur defendere conservare et manutenere omnia bona ecclesiarum et iura civitatis et comitatus tudertini et contra offendentes procedere ad petitionem rectorum ipsarum ecclesiarum in personis et rebus vel patronorum ipsarum et sit pena offendendentis in ipsis bonis et locis illa que est in bonis in bonis offendentis. Et quod si aliquis de patronibus est exbanditus communis tudertini civis tudertinus et offenderet in ipsis bonis ecclesiarum et in ipsis ecclesiis puniatur sicud alius qui non esset de patronibus. Et si aliquis receperit ad redditum seu ad laboritium per aliquo clerico capitulo seu collegio aliquas terras vel possessiones et esset cessatus solvere redditum in termino contento in instrumento locationis antequam esset acquisitus non audiat de redditu arboribus vineis et aliis rebus existentibus in ipsis terris si solutio sibi terre et possessiones auferri non possit nec pena in instrumento ipso apposita. Et si aliquod dampnum datum fuerit in dictis terris et possessionibus per ipsum conductorem seu laboratorem et voluerint satisfacere de dicto dampno offerentes se satisfacere velle secundum iustam extimationem quod pena apposita in ipso instrumento locationis ipsi laboritii et cessionis peti non possit nec audiat. Et hoc locum habeat in preterito et futuro et in questionibus pendentibus motis et movendis/

70v

nõ obstante capl̃o cõtrarentibus nec aliquo nec aliquo statuto iure canoni

co vl ciuili. Et potestas vl capitm̃ et iudex qui offerat impedimentũ vl

aliquo predictorũ puniat̃ inducentis libr. Et si sn̄ia aliqua ẽet

data vl daret̃ in predictis vl aliquo predictorũ nõ valeat ipo iure

nec executioni mandet̃.

Capl̃m pro magro paulo de quatrellis ...a xxxiij

Item statutũ est qđ p̃ euidenti vtilitate cõis tuderti et vt copia me

dicorũ habeat̃ in ciuitate tuderti qđ magr̃ paulus massoni olim de qua

trellis cõitat̃ tuderti et nũc de reg. vallis sit ciuis et hẽat p̃

ciue ad honorem et honores ciuium ciuitatis tuder. et ad

ciuitat̃ ponat̃ et scribat̃ int̃ ciues ciuitatis tuder. Et iudex

sup̃ libra qui p̃ tp̃e fuerit teneat̃ et debeat ad ei petitionem ad

penam viginti quinque libr. scribi fac̃ ipm̃ magrm̃ paulũ

inter ciues in regione inqua habitaret et i libra ei poni et

scribi fac̃ terras quas emet a ciuibus nobilibus et serui

tibus ciuitatis et cõitatus tuder. tantũ cũ aliis ciuibus dc̃e

ciuitatis dũm̃ mõ pater seu frater aut eius cõsanguinei qui

scripti reperiunt̃ in cõitat̃ tuderti . remaneant scripti eo mõ quo

sunt sine preiudicio dicti magri pauli. Et cõtra statuis dc̃o

magro paulo in predictis nõ noceat quin possit p̃manẽ ciuis

ciuitatis tud. Non obstante qđ pat̃ ei fiat vl patruus aut

quicumq; ei consanguineus reperiatur scriptus in comitatu tu

derti nec aliquo alio statuto et iure in contrariũ loquente

quibus hoc statutũ deroget cum effectu. De vno vl plurib; medi

cis hendis et qđ cõm nichil soluat alicui medico p̃textu alicuius electionis usq; nunc fc̃e ...a

Item statuim̃ et ordinam̃ qđ capitm̃ populi ciuitat̃ tud. p̃ponat in consilio

populi dc̃e ciuitat̃ singulis annis de mẽse ianuarii quid placet ipi

consilio p̃uidere de uno vl pluribus medicis fisico et cirurgico hendis

in ciuitat̃ tuderti. Dum mõ i ipa p̃posita excipiet qđ nullus qui ac te

nus steterit in ipa ciuitate ad salariũ cõis vl habitauit in ipa ciuitat̃

de mense Januarii

fed. pri qui

nc possit

p

possit eligi cu(m) salario quod excederet quantitatem vigintiquinq(ue) libr(arum) Et
mchilomin(us) de mercedes adi(c)e pictoris hui(us) stat(uti) cam(erarius) co(mmun)is tud(er)ti no(n) possit
nec debeat soluere aliquam quantitatem pecu(n)ie p(re)textu alicui(us) electoris f(ac)te
de aliquo medico usque mo(do) et q(uod) tu(n)c deliberab(itur) p(er) ip(su)m (con)siliu(m) executoi
madet(ur) de o(mn)ib(us) s(upra)d(ict)is Et si d(i)c(t)us cam(erarius) solu(er)et preter d(i)c(t)am formam
de suo p(ro)p(ri)o solue(re) i(n)telligat De no(n) rebanniendis exbannitis et carce-
ratis no(n) relassandis nisi (con)d(empnati)o fu(er)it (con)servata r(ubric)a XXXV

Item statuim(us) q(uod) nullus Ciuis ul' co(m)itatensis co(mmun)is tud(er)ti (con)depnatus ul' ex
banditus co(mmun)is tud(er)ti possit rebanniri ul' de banno exi(m)i nec ei (con)depnatio
ul' banimentu(m) aliquo colore quesito cancellari tolli suspendi ul' quomodolibet
prorogari p(er) aliq(uod) (con)siliu(m) d(i)c(t)i co(mmun)is generale ul' spetiale nisi prius tal(is) ex
banniti condepnatio cam(erario) co(mmun)is tud(er)ti soluta fu(er)it cu(m) effectu Et q(uod) potas
et capita(neus) co(mmun)is tud(er)ti ul' quiuis alius officialis co(mmun)is tud(er)ti no(n) possit de p(re)d(ict)is
aliquam p(ro)positam facere nec fieri facere ul' p(er)mictere in aliquibus (con)siliis
generalibus ul' spetialib(us) Qui u(er)o (con)tra fecerit in quingentis lib(ris) den(ariorum) cort(onensium) pro
uice qualib(et) puniat(ur) Nec de predictis ipsi officiales aliq(uod) ratiocinium
ul' colloquium faciant ul' h(ab)eant in aliquo consilio ul' adunantia sapi
entium ad penam predictam Et nullus not(arius) (contra) formam predictam
audeat talem p(ro)positam scribere Et nullus etia(m) audeat arengare ad
p(ro)p(osi)tum ponere ul' capere ul' alio mo(do) p(ro) tali (con)depnato ul' exbannito ali
quit dicere in scriptis ul' sine scriptis Qui u(er)o (con)tra fecerit in quinqua
ginta libr(is) den(ariorum) cort(onensium) vice qualib(et) condepnet(ur) Et ei d(i)c(t)u(m) (con)siliu(m) ul' aren
gam et quicquid secutum est ex eo ul' ob id sit cassum nullum et irritu(m)
ipso Iure Et predicta locum no(n) h(ab)eant in carceratis et detentis in car
ceribus co(mmun)is tud(er)ti p(ro) aliquibus condepnatoribus ul' exbannimentis de
quib(us) f(ac)tis qui obtinuerent iam d(icti) ul' eor(um) ei deberent offerri s(ecundu)m form(am)
stat(uti) de consilio et deliberatae consilii populi co(mmun)is tud(er)ti Et q(uod) nullus
condepnatus co(mmun)is tud(er)ti h(ab)eat nec h(ab)ere possit aliq(uod) offitiu(m) beneficiu(m)
ul' fauorem ul' pecu(n)iam recipere a co(mmun)i nisi prius vere soluit sua (con)
depnatoem cum effectu Et siquid (contra) fieret sit irritum et inane.

penali

condepnat' occ(asion)e districte ()ceptu mandati et dampnor(um) dator(um) dum tassat exceptis. Declarantes q(uod) offerri ul(timo) ppom de offerendo n(on) possit aliquem carceratum masculum qui condepnatus foret a Centu(m) libr(is) ul(tra) ab inde s(upra) nisi in ipsis carcenbus continuam moram trassent saltim p(er) annu(m). Et si fuit condepnatus ab inde infra nisi steterit in ipsis carcerib(us) p(ro)rata te(m)poris. Et omes pene s(upra) imposite in n(on) rebanniendo heant locum in non offerendo.

De mesuris h(ab)endis in co(mun)i r(ubrica) — xxxvj

Item statuim(us) q(uod) in co(mun)e tuderti sine apud ca(merariu)m d(i)c(t)i co(mun)is heant et fi(er)i debeant mensure mensure .q. vasa videlicz quatingus medius quarti gus et quarta de ferro. Item petictus medius petictus tertiarola et folietta de ramine iusti et iusta et ad consuetudinem et debitam mensuram co(mun)is tuderti.

De libellarijs r(ubrica) — xxxvij

Item statuim(us) q(uod) quicu(m)q(ue) peteret s(upra) fieri restitutionem possessionis alicui(us) t(er)re ul(tra) vineec(ui)l rer(um) mobilis eo q(uod) census no(n) fuit solutus sibi n(on) audiat. Et si sm(en)tatim fuit de ipa re restitui debere n(on) audiat et possessor ip(s)i pbaret ip(su)m censum solutum ul(tra) offerret se solue(r)e pa ratum iux(ta) mandatu(m) q(uod) intelligat in utroq(ue) casu. Et hoc locum heat inter cives et comitatenses tant(um). Item q(uod) instr(ument)um concessi onis alicui(us) rei ad libellariu(m) valeat et teneat et firm(um) et ratum p(er)maneat n(on) obstant(e) aliqua prescriptione t(em)p(or)is. Et n(on) obstant(e) si dicti instr(ument)um careat iuris solepnitatib(us) in aliqua p(ar)te sui. Et hec locum heat int(er) quoscu(m)q(ue) possessores dicta(rum) rer(um). Item hec capitulum locum heat in rebus ecc(lesi)ar(um).

Pro rebus heretieotitis r(ubrica) — xxxviij

Quoniam Circa rer(um) pu(b)l(ic)i ca(usa)m nom(ine) officij est statutum pu(b)l(ic)i dem et ordinam(us) p(ro) evidenti utilitate co(mun)is tuderti et singula(rum) p(er)sona(rum) ip(s)i q(uod) p(er) officium d(omi)nor(um) p(ri)or(um) populi d(i)c(t)i co(mun)is seu p(er) alios sapientes et prud(e)ntes viros p(er) ip(s)os eligendos preces p(ro)ponga(n)t

venerabili patri et domino domino .. Episcopo tudertino et capitulo maioris ecclesie tu-
dertine et aliis capitulis et ecclesiis et toti clero Civitatatis et dyocesis tu-
dertine ut amore et gratia dicti communis consentiant et condescendant ut domus
et casalena posite in civitate tuderti eiusque burghis et subburghis ad pensionem
sive emphiteosim vel quocumque alio simili modo et titulo per ecclesias ecclesiasticasque
personas concesse sive comitatensibus et districtualibus civitatis tuderti libe-
rent per viam et modum quibus melius de iure fieri valet cum utilita-
te ipsarum ecclesiarum. Et quod domini priores populi teneantur et debeant pro ex-
ecutione contentorum in presenti capitulo consilium populi dicti communis et alia dicti communis
consilia in palatiis oportuna facere congregari ad petitionem cuiuscumque petentis
et omnia facere teneantur circa presentis matherie executionem que fuerint
oportuna et eis expedire videbitur in animo iuris. Et hoc capitulum exe-
cutioni mandare

De festivitatibus sanctorum Agustini et Lencii custodiendis
Et de cereo ad ipsas ecclesias portando. R. — XXXVIII

Item ad honorem et reverentiam dei sanctorumque Agustini et Lencii statuimus et
ordinamus quod potestas teneatur et debeat tribus diebus ante festum sancti Agustini
et tribus diebus ante festum sancti Lencii publice banniri facere in locis consuetis
per civitatem tuderti ad duas tubas quod omnes homines et mulieres civitatis tuderti
debeant cum omni reverentia et devotione dictas festivitates beatorum Agustini
et Lencii custodire, et quod dicte omnes debeant potestatem associare ad ipsas ecclesias
de mane, quando missa celebratur, et potestas facere unum cereum sive torchium
cum valoris sex librarum cortonensium quinque denariorum et unum solidi denariorum et fieri debeat
de bonis et avere communis tuderti per camerarium dicti communis sine aliquo alio stantiamento
ut scriptum de ipsis exprimitur. Et ipse cereus debeat teneri accensus cum missa
celebratur et postea offeratur et ponatur in altari utriusque dictarum ecclesiarum in
die festivitatis utriusque sanctorum predictorum.

Banniatur festum beati Agustini et beati Lencii

[stamp]

E

T. IIII.

De ordine iudiciorum. j.

In nomine domini amen. Statuimus et ordinamus quod quicumque de civitate vel
comitatu Tuderti in pecuniarijs causis realibus et personalibus et omnibus
unde per hoc statutum salarium debeat solvi alium vel alios con
venire voluerit petitionem suam porrigat in scriptis ab eo recta
extimatione facta de rebus quas petere intendit. Et porrecta ab
eo petitione predicta camerarius comunis Tuderti eidem camerario et notarijs ipsi ipsam
petitionem recipere non cessabunt. Et pro qualibet libra duodecim den.
pro salario recipiant. Exceptis causis extraordinarijs in quibus salarium non
ponatur. Et exceptis causis divisionum de quibus non recipiat salarium
camerarius nisi duorum denariorum pro libram. Et exceptis causis in cetionum et
qualstorum de quibus recipiat camerarius sex denarii pro libram tempore ferendi
sententie a conquerente secundum petitionem factam tempore contestate litis. Et
pro qualibet familia petente libertatem et franchitiam recipiat
camerarius viginti solidos et non plus recipiat. De petitione vero seu
accusatione maleficiorum nullum recipiat salarium ut inferius exprimetur.
Et salarium quod recipiet camerarius comunis scribi faciat in libro per notarium eidem con
cessum. Et nichilominus salarium in libello seu petitione scribatur. Et
mictatur per bajulos comunis Tuderti ad notarios curie qui ipsos libellos et petitiones
recipere teneantur et in quaternos scribere notarii bajuli statim quod eos detule
rit. Et incontinenti postquam fuerint ipsi libelli seu petitiones oblati
in causis in quibus puta quarentena non continetur faciat iudex citari
per bajulos comunis Tuderti reos unica citatione ut veniant coram iudice. Et
si debitor comparens rem petitam confessus fuit solvere et restituere se
debere recipiat. Et iudex ut in decem dies proxime venturos sol
vat totum debitum petitum vel et salarium et rem petitam. Et
si vero negaverit possit iudex et debeat quamlibet questionem ver
ginti solidos ab infra .j. que non pertineat armario criminali vel aream
aliam constitutionem non continet vel rei valentis ultra quinquaginta vel
solidos puniendum non teneret, precedente actione ut rei lite se conditas.

[library stamp]

III

decidere. Et iuramento actoris vel rei cum uno teste tam quadraginta solidorum
et ab inde infra usque in viginti solidos lite non contestata decidere teneatur.
Si non negaverit defensor . . dilato ut veniat responsurus. Quibus venientibus
quotienscumque post libelli oblationem et responsionem factam ad ipsum etiam
ante litem contestatam si reus vel actor iusiurandum suo detulerit adversa
rio teneatur is cui defertur iurare vel iuramentum referre et ad hoc per
iudicem omnimode compescatur remediis oportunis. Quantacumque sit quanti
tas usque in quinquaginta libras vel qualiscumque fuit res in iudicium
deducta valoris eius extimatione quinquaginta librarum vel ab inde infra. Set predicta — Set predicta
contempta in hoc paragrapho si non locum habeant quando agitur inter partes de nego
tio ipsorum et non de negotio alterius persone extranee ab ipsis partibus.
In aliis non casibus faciat iudex ab utraque parte litem contestari super peti
tione porrecta. Et utramque partem subire iuramentum calupnie et
de veritate dicenda. Si non eo iuratum de calupnia non fuit. Postmodum
procedat eum perfice ut cum q̄ inferius continetur. Verum si rei non vene
rint in termino eis dato ab ambe, precepto iudicis responsuri, pe
titionem porrecte quo eos defensor possessio sive tenuta quo eos actoribus de
rebus mobilibus in duplum de stabilibus in triplum eiusmodi petite. Et — q̄ non possunt in tenuta accipi.
non possint in tenutam accipi boves aratorii nec infra cum quibus co
luntur fundus et vinea et capsa vel . Et rogitur non veniat in tenutam
aliqua occasione nec predicto nec predicta eius et si bannis eius contraverit
dando in tenutam predicta preter quia boves aratorii in quinque solidis puniatur
quotiens contraverit. Et eius bannum contraverit dando in tenutam boves arator
in viginti solidis eorum vice qualibet puniatur. Et quod tenuta data de predictis rebus
vetitis vel aliqua ipsarum non valeat nec teneat ipso iure. Verum si
reus venerit infra mensem et satisdederit de iudicio sisti et iu
dicatum solvendo et refecerit actori expensas factas in petitione illa
tenuta restitui debeat reo cum fructibus inde perceptis a die
actore. Et ille mensis computetur a die date tenute et currente.
Tenuta non data pro contumacia in reali petitione tam possessoria — quando possit vendi

quod in aliis peticionibus recuperari posset infra duos menses continuos post tenutam
datam contra eum. Ita tamen quod non presumatur dari nisi fuerit notificatum in
persona vel ad domum eius contra quem fuerit data dicta tenuta. Et elapsis dictis ter-
minis possit vendi tenuta requisito reo, ei apparebit debitum testibus vel
instro vel confessione habita licentia a iudice infra quindecim dies po-
stquam fuerit petitum primo requisito reo ut recolligat tenutam. Et iudex qui
congnoscit de questione ipse teneatur dare licentiam vendendi ipsam tenutam
nisi debitor recolligere voluerit ante venditionem. Et si non reus negaverit
rem petitam ad actorem pertinere procedatur in causa prout fuerit procedendum secundum
hoc statutum et iura communia. Et si contumaci data fuerit se-
cunda tenuta vel possessio per curiam post extramissionem prime, eam reac-
cipere non possit nisi causa congnita et finita, et ipse iudex teneatur
procedere in causa et difinire eam ad petitionem illorum contra quos data fuit
dicta tenuta secundum tenorem libellorum in utroque casu. Et teneatur iudex cogere
reos venire coram eo data tenuta vel non data responsuri actori.
Et si post preceptum a iudice factum infra decem dies reus debitum
cum expensis non solverit elapsis terminis ... tunc in deinceps
compellatur personaliter ad solvendum ... Et non veni-
entibus ipsis requisitis. Potestas et qui loco eius fuerit et iudices cu-
rie teneantur facere ipsos requisitos exbandire et teneatur ipsos exbanditos capi
facere et detineri ad petitionem creditoris. Elapsis tribus diebus ut dictum
est data tenuta vel non data. Qua tenuta elapsis decem diebus
post preceptum a iudice factum actori facere teneatur dari de bonis
mobilibus in duplum et de stabilibus in triplum et tantum principale
quam fecerint. Cogantur diebus feriatis et non feriatis. Item
quandocumque actor voluit debitum declarare pecuniarium petitione
recepta vel non requisito reo ut supra dicitur iudex possit testimoniis
ydoneis et protocollis vel publicis instrumentis declarare debitum, dum-
modo notarius qui scripserit protocollum illud eius signum appareat in quaterno
et facta declaratione teneatur iudex pronuntiare debitum fore clarum

74v

ymo. ur. q post declar. ut j. o.
de c. xxiiij.

non obstante quod lix non fuerit contestata, vel prestitum calumpnie iuramentum
in absentia rei, et postmodum terminis transitis, elapsis a die libelli dati. Inde
antea, iudex possit cogere debitorem, salva exceptione solutionis
et qualibet exceptione legitima. Et probari possit infra tres menses co-
ntinuos post declarationem debiti factam, et ab inde inantea nulla
exceptio vel probatio contra dictam declarationem admictatur. Si vero non fuerit
in civitate et comitatu Tuderti, detur a iudice in hac parte dilatio ar-
bitrio iudicis, dummodo quindecim dierum spatium non excedat. Et
hoc capitulum locum habeat tam in declaratione debiti quam in aliis causis
ubi fit declaratio. Et iudex, collacto in pignore (?) licentia dare non possit
exequendi absque licentia creditoris, et a potestate vel alio qui fuerit loco eius
vel a iudice minime concedatur. Et baiulus cui preceptum est a iudice
dare teneatur diebus feriatis et non feriatis. Et potestas et capita-
neus et cum loco eorum et quicumque eorum fuerit, et iudices curiarum p-
rese teneantur cogere principales debitores in pignore (?) communis Tuderti ad petitionem
creditoris vel fideiussores ipsorum vel sponsorum vel aliorum promissorum, et contra
eos vel alios promissores fuerit per iudicem processum. Et fiat eius satisfactio ad
petitionem suam vel alius promissoris. Et diebus feriatis et non feriatis po-
ssit iudex facere et facere teneatur. Et bona debitoris fideiussoris spo-
nsoris vel alterius promissoris nichilominus detineantur (?) in tenim (?), et ab
eis vel altero ipsorum fuerit postulatum, et principalis vel debitor abse-
ntaverit se aliqua occasione, ut supra dictum est de debito declarando, lice-
ntiam habeat, et duo baiuli referent per sacramentum se citasse
reum diversis citationibus datis duorum vel trium dierum, vel bona vice
potebunt (?), ad voluntatem iudicis, ad videndum debitum declarari,
quod fieri petitur ab adversario. Si vero fuerit in civitate vel comi-
tatu Tuderti et citatus fuerit ut coram iudice veniat dato termino
vel non, iudex teneatur omnino in persona et rebus cogere ipsum
citatum ut veniat coram iudice ad petitionem actoris. Et hoc
locum habeat in civitate et comitatu salvo semper capitulo Guar-

facto et faciendo. Quod capitaneus iudex curie teneatur exequtioni
mandare in omnibus et per omnia ut in dicto capitulo guarentie con
tinetur.

De forma citandi forenses et vagabundos. ij

Item statuimus et ordinamus quod forenses et tudertini vagabundi et
alii qui domicilium vel habitationem in civitate vel comitatu Tu
derti non habent cum in civilibus causis sunt reconventi et citandi
personaliter in civitate vel comitatu Tuderti inveniri nequeunt
possint citari per unum ex tubatoribus communis Tuderti in loco in quo olim
soliti fuerunt habitare si in civitate Tuderti habitationem soliti sunt
habere et sufficiat ad perhemptoriam citationem ante portas palatiorum dicti co
munis fore citatos tube sono premisso per tubatorem predictum una
tantum citatione facta diversis diebus. Et hoc locum habeat ubicumque
de predictis personis citatio in civilibus causis est fa
cienda.

Quod per comparitionem constituentis procuratoris in iudicio non intelligatur procurator revocatus. iij

Item statuimus quod quotiens contingerit constituentem procuratorem vel
procuratores in iudicio comparere per ipsius constituentis comparitionem
non intelligatur procuratorum revocatum nisi expresse constituens
ipsum procuratorem revocavit. Et hoc idem intelligatur si constituerit
alium vel alios procuratores.

Quibus horis officiales teneantur venire ad banchas et ab eis discedere. iiij

Item statuimus quod omnes et singuli iudices milites et notarii
dominorum potestatis et capitanei et etiam dominus defensor et eius notarii
teneantur et debeant vinculo iuramenti et ad penas infrascri
ptas venire stare et morari ad banchas suas solitas ad sonum
campane que est in palatio dominorum priorum populi conservatoris
pacifici status communis et populi civitatis et comitatus Tuderti. Et quod
a diebus lunis nullus predictorum officialium sedere debeat nisi per
campanarium communis Tuderti primo pulsabitur campanella in ferie

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI ·

que consueta est pulsari in discessu curie. Et quod notarii camere communis do
minus vel alius deputandus per officium dominorum priorum teneatur et
debeat quolibet die iuridico, et quo iudices sedere debent ad banchas
bis in die in dicta palatia potestatis capitanei et defensoris ad videndum et inquirendum
si officiales predicti stant ad banchas ad eorum officium exercendum. Et si
predicti inquisitores vel alter ipsorum invenerint aliquem ex predictis offici
alibus non sedere ad banchas ut dictum est. Teneatur camerarius dicti communis tempore
solutionis dictorum officialium retinere de suo salario dictorum iudicum et
aliorum officialium pro quolibet iudice ipsorum dominorum viginti solidos pro
quolibet milite decem solidos et quolibet notario decem solidos. Et si per dictum defensorem
vel eius notarium fuerit contrafactum ut dictum est, teneatur ipse camerarius de salario
ipsius defensoris pro eodem defensore quando non observaret predicta retinere
de suo salario pro quolibet vice viginti solidos. Et de quolibet notario qua
libet vice decem solidos. Et pro quolibet iudice centum solidorum. Et quolibet
vice qua contrafecerit quinque solidos et pro quolibet notario ipsorum iudicum
quinque solidos nisi aliquis predictorum officialium habuerit legitimam ex
cusationem. Et teneantur predicti officiales venire ad banchas
bis in die que ad dei honorem non extiterit feriata. Et quod domini priores
populi qui nunc sunt et pro tempore fuerint teneantur sacramento in
tantum predicta facere observari. Et quilibet cum mandatum fuerit per eos
aliquid pro executione predictorum teneatur eis obedire ad penam per eos impo
nendam ipsorum arbitrio.

Quibus diebus et quotiens officiales debent prebere audientiam generaliter. Ca[pitulum]

Item statuimus quod potestas capitaneus et defensor et eorum iudi
ces et officiales teneantur et debeant singulis diebus bis in
die hore competentibus sedere ad banchum solitum et prebere
generalem audientiam omnibus non facta exceptione vel accep
tatione aliquarum personarum ad penam viginti quinque librarum pro quolibet
die quo in predictis contrafecerint, in aliquo predictorum diebus feriatis ad
honorem dei duntaxat exceptis. Et quod domini priores populi te
neantur et debeant sacramento in tantum facere observari. Et

de predictis inquiri facere prout continetur in alio primo precedenti capitulo

de bonis debitorum dandis creditoribus insolutum — Lxj.

Item statutum est quod si plures creditores essent vel unus qui habe at bona vel de bonis alicuius debitoris vel fideiussoris per curiam Tud' intentum ut alias obligata reo registro bis si debiti vel tenute apparerent publice instrumenta sive scripture tenute potestas vel qui loco eius fuerit Et iudi ces curiarum teneantur dari facere priori creditori insolutum de dictis bonis dicti debitoris vel fideiussoris tantum quantum esset debitum quod re cipere debet vel valet arbitrio duorum bonorum virorum quos potestas sive iudex eligere teneatur Et idem fiat secundis creditoribus qui habu erunt de bonis ipsius debitoris vel fideiussoris primo creditori refectis expensis in ea quantitate de qua iudici videbitur convenire Et hoc fiat et facere teneatur infra quindecim dies postquam petitum fuerit simul ter potestas et iudex maior et quilibet ipsorum sine ratione salarii idem faciant aliis creditoribus postea venientibus sive primus creditor petierit sive non ita tamen quod semper primus creditor preferatur ut primo satisfiat creditori donec durabunt bona debitoris vel fideiussoris Et hoc fiat de rebus mobilibus et stabilibus Et hoc locum habeat inter cives et comitatenses tantum Et si aliquis civis vel comitatensis Tud' qui deberet recipere aliquam quantitatem pecunie de quo debito appareat aliquod instrumentum ab aliquo forense qui habeat aliquas possessiones in civi tate et comitatu Tud' quod pro ipso debito procedatur contra ipsum forensem et in ipsis bonis ad dandum insolutum ipsa bona usque in quantitate seu satis factionem ipsius debiti et dampnorum et expensarum secundum formam capituli ipsius omni exceptione remota nisi habuerit instrumentum qui etationis Et hoc locum habeat in causis motis et pe dentibus.

Quod civiles cause infra .xxx. dies utiles terminentur et de modo excipiendi ...

Item statutum quod omnes iudices et officiales ad iustitiam pro comuni Tud' in civilibus deputati et qui de causis civilibus

possunt congnoscere / teneantur a die coram eis uel aliquo eorum / petitionis porrecte super quacumque causa et lite ciuili in qua debeat ordinare procedi facere litem contestari actore prosequente / infra quindecim diem uti lem et demum a die litis contestate / causam / infra triginta dies utiles omnino / per sententiam terminare nisi steterit per utramque partem / uel nisi de utriusque partis uoluntate et consensu predictum tempus terminum prorogetur

Ita tamen quod instantia cause non periat usque ad triennium / a die litis contestate / interim / nuntiandum / Et iudex qui fuerit negligens in predictis qualibet uice / penam quinquaginta librarum soluere comuni teneatur in currat / Et nulla exceptio / dilatoria / uel peremptoria / uel alia cuiuscumque generis / ante litis contestatione / impediat / uel retardet nisi exceptio solutionis / uel rei iudicate / Exceptio qua reus infra prefatum terminum quindecim dierum a die porrecte / petitionis per instrumentum publicum probaret / uel probare uellet / Omnes uero exceptiones ante litem contestatam oppositas sub hac exceptione / et refutatione admictant / et recipiant iudices / si in genitum sunt uere et admictende de iure saluia impressum etiam post litem contestatam earum et cuiusque earum uirtute probatione et congnitione / et possint / et debeant dicti iudices post litem contestatam / de dictis exceptionibus et effectu et efficatia earundem congnoscere / et earum probationes recipere / etiam si talis exceptio esset que de iure debuerit ante litem contestatam probari / Exceptio uero que proponetur et proposita ante litem contestatam / infra dictum quindecim dierum utilem proponi et super ea pronuntiari debeat / quia non prius iuris ratio quam persona querentia est / Exceptiones et replicationes quasque iudices comunis tenentur quascumque recipiant / sub hac protestatione / uel in genitu de iure recipi et admicti deberent et aliter / non / Dum modo ei per excipiens / uel replicans petierit ante litis contestationem declarari utrum sint admictende uel non / iudex tunc teneatur predicta ante quam procedat ulterius declarare. / De modo faciendi librum in quo scribantur male ysori negotia pertractantes.

Rubrica

Volentes circa conservationem pacifici status attendere diligenter. Cum rei pu
blice intersit locupletes habere subiectos et ne quis substantia bonorum suorum
male utatur, provide deliberaverunt et ordinaverunt quod fiat et fieri debeat quidam
liber in quo per notarium eligendum per officium dominorum priorum scribantur et scribi debe
ant omnes et singuli homines de Civitate et Comitatu Tuderti qui male
consumunt substantiam bonorum suorum ad ludus vetitos ludendo et alia illicita faciendo.
propter que verisimiliter ad inopiam vigere deberent et male ipsorum negotia per
tractare. Et vocetur liber male tractantium facta sua. Et quilibet illorum
qui ex dictis causis vel aliqua ipsarum scribet in ipso libro scribatur. Et scribi debe
at in ipso libro ad petitionem et instantiam quatuor ex parentibus vel
agnatis seu congnatis vel affinibus attinentibus illi qui male sua
negotia pertractaret usque in quartum gradum inclusive. Et intelligatur
gradus secundum ius canonicum in quo libro etiam scribantur et scribi debeat
per dictum notarium deputatum ad predicta nomina petitorum ipsi male agenti sua
negotia coniunctorum qui petent ipsum eorum coniunctum scribi in dicto libro et
ut dictus liber sit omnibus manifestus legatur in statuto dicti communis. Et nichil
hominum copia ipsi libri penes notarium ipsum librum scribentem debeat rema
nere ut nullus possit pretendere ignorantiam de nominibus illorum qui in
dicto libro scribentur pro tempore. Qui notarius qui debet scribere ipsum librum esse
debeat de Civitate Tuderti. Et eligatur et eligi debeat per officium dominorum
priorum ita tamen quod ipse notarius nullum salarium possit habere vel habeat a com
muni sed competens salarium recipiat et recipere possit ab illis quos
tamquam male agentes sua negotia scripserit in dicto libro coniuncti dicti
scripti nominati in presentia dominorum priorum qui pro tempore fuerint. Et notarius
qui ad predicta fuit deputatus debeant petere scribi. Et cum petierint iu
rare debeant ad sancta dei evangelia corporaliter tacto libro quod ille eorum co
niunctus assignatus per eos. Et quia petunt scribi in dicto libro male tractat
sua negotia. Et quod ipsum petunt scribi in ipso libro male tractat sua ne
gotia. Et quod ipsum petunt scribi in dicto libro pro ipsius eorum coniuncti evidenti
utilitate. Et quod ipsi petentes non consentient vel promictent quod deinceps

sua negotia male agat / Et predicta omnia per dictum Notarium ad
predicta deputatum scribantur / Et scribi debeant / In dicto
libro . **Quod qui fuerint scripti in libro male agentium facta sua** viiij
non possit contrahere vel distrahere .

viiij Item statuimus quod quicumque fuerit scriptus in dicto libro secundum
ordinem predictum / non possit nec debeat facere aliquem contractum / vel
distractum sine se / vel bona sua / modo aliquo aliquam obligare / absque
consensu predictorum coniunctorum / Qui scripti fuerint in dicto libro / vel saltim
trium ex eis / Et si non viverent omnes absque consensu illorum / Qui viverent
/ aliquis vel aliorum coniunctorum vel coniunctorum / Qui secundum hec ordinamenta
scriberentur in dicto libro / Et si aliter contraxisset distraxisset / vel se obligaverit
non valeat / neque teneat ipso iure / et ex eodem contractu vel
distractu nullum ius aliquam acquiratur . Et nichilominus qui contraxisset in quinquaginta libris bononinorum puniatur vice qualibet / Et quod nullus officialis dicti communis aliquem audiat neque ius reddat aliquem / Qui talem contractum vel distractum in iudicium vocaret / Officialis contrafaciens / In centum libris bononinorum vice qualibet puniatur / Possint tamen qui scripti fuerint in dicto libro testari et bona sua disponere / in sua ultima voluntate ut a iure communi permictitur / Et predictis presentibus ordinamentis in aliquo non obstantibus . **Quod mortuo aliquo coniuncto male agentis scribatur alius loco sui .** x.

Item statuimus quod si aliquis ex dictis coniunctis / in dicto libro scriptus
morietur alii coniuncti scripti / In dicto libro qui tunc viverent eligant . Et eligere teneantur alium coniunctum illi sua
male negotia agenti in loco defuncti . Qui sit electus in
dicto libro scribatur . **Quod banniatur ut nullus contrahat**
cum male agentibus facta sua . xi.

Item quod per civitatem bononie in locis solitis publice banniatur / quod nullus contrahat / vel distrahat / contra formam presentium ordinamentorum / cum aliquo qui scriptus fuerit / in dicto libro / et quod si dicent

sequenti. Qua fuerit scriptus aliquis in dicto libro predicti communi. Qui
petierit sibi ad fenestras palatii dicti comunis publice et alta voce bandiri
faciant quod nullus contrahat vel distrahat cum illo. Qui scriptus fuit
in dicto libro ut dictum est per bandimentum. Notarius qui dictum librum scripserit
in eodem libro scribere teneatur. Et ante dictum bandimentum hec ordina
menta non scendiderint. Et locum. Quod consules notariorum non

dubitent in adunantia artis statuta contra male agentes. xxj

Item quod consules notariorum teneantur et debeant notarios de civitate 24
et comitatu Tudertinorum bis anno quolibet ad minus facere adunari et
eos iurari facere et mandare cuilibet quod sub pena vigintiquinque librarum cortonensium pro
quolibet debeat. Quilibet ipsorum penes se in scriptis habere omnia nomina
illorum qui pro tempore scripti erunt in dicto libro sub pena decem librarum cortonensium pro quo
libet consule et vigintiquinque librarum cortonensium pro quolibet notario. Qui non observa
verit dicta. Que pene de facto debeant auferri. Et nichilominus
dicti consules teneantur semel in dictis adunantiis facere fieri ad dictam
penam infra octo dies a die publicationis presentis statuti. Et in ipsa aduna
tia omnia hec statuta loquentia de presenti materia legi facere ut in
ipsorum notariorum notitiam deveniat. Et nullus per ignorantiam se va
leat excusare. Qualiter aliquis possit de libro male agen

tium cancellari. xxij.

Item statutum quod si contingeret aliquem de illis qui fuerint in
dicto libro scripti pro male sua negotia tractante divino spiritu insti
gari. Adeo quod facta sua inceperit bene agere. Illi qui fecerit eum
scribi in dicto libro possint ad ipsorum petitionem eum de dicto libro facere
cancellari. Et notarius ad predicta deputatus ad petitionem conviventium petitionem
ipsum de dicto libro debeat cancellare. Et in cancellatione debeat scribere mi
llesimum et diem cancellationis. Qua cancellatione facta licet illi qui ut
dictum est fuit cancellatus contrahere et distrahere prout licebat antequam
esset scriptus in dicto libro. Si vero non convenerint omnes ad quorum pe
titionem fuit scriptus in dicto libro notarius predictus nichilominus cancellet

ipsum de dicto libro, ad petitionem illorum, qui tunc, venient, bona cum alio consiliario in locum defuncti posito, secundum ordinem predictum, dum modo nullus, qui scriptus fuerit in dicto libro infra terminum decem dierum, qua scriptus fuit in dicto libro, vel infra terminum decem dierum qua scriptus fuit possit nec debeat modo aliquo cancellari.

Quod nulla exceptio opponatur contra statuta facta contra male agentes. xiiij.

xiiij Item quod omnia et singula predicta statuta loquentia de dicta materia sint derogatoria et prevaleant omnibus aliis capitulis statutorum et ordinamentorum dicti comunis, et maxime capitulo Cunar, et quolibet alio capitulo in contrarium loquentibus, que in hac parte in quantum essent contra predicta statuta pro cassis et irritis habeantur. Et quod predicta vel aliquod predictorum non possit opponi, nec obici, exceptio quod qui fuerit scriptus in dicto libro non fuerit in eo lege de iudice scriptus per corpus quod aliquis scriptus fuerit in dicto libro sit et esse intelligatur quod contrahere vel distrahere non possit nisi cum solempnitatibus predictis, nec aliqua alia exceptio iuris vel facti possit obici vel opponi in contrarium predictorum.

De contractibus filiorum familias. xv.

Item si filius familias mercator vel qui publice mercaturam exercuerit patre vel matre seu avo non contradicente contractum aliquem alicui conditionis fecerit. quod talis contractus valeat et teneat ac si factus esset cum filio emancipato et sui iuris. Et si filius familias qui mercaturam exerceat contraxerit cum aliquo, bona patris vel avi ex tali contractu non obligentur, nec quod patrem vel avum nec eorum bona peti possit in aliquo predictorum casuum, quorum dicti contractus et obligationes facte per ipsum filium familias, nec filius familias qui non mercatur possit cogi in persona vel rebus. Item si aliquis filius emancipatus vel nepos emancipatus contraxerit de quocumque contractu sine consensu expresso patris vel avi ex ipso contractu pater nec avus non teneantur in aliquo, set filius et nepos tantum. Et hoc locum habeat in futuro tantum. Et sit precisum et derogatorium omnibus

aliis capitulis / non obstante capitulo generali / Si vero alterius filius familias
vel nepos / qui fuit in potestate patris / vel avi sui / fecerit aliquem con
tractum / Et pater ei consenserit / obligando se / Et bona sua / teneantur
pater et filius / Et quilibet eorum in solidum / Si vero non consenserit / pater
nec avus ex ipso contractu / non teneatur / nisi conversum fuerit / in utilitate
patris / vel avi / Et si aliquas res immobiles / emerit / vel habuerit ab inde citra
ipse filius familias / vel nepos / ipse res immobiles / Et bona sint ob
ligata creditoribus filiorum et nepotum / salvo quod si aliqui creditores
sint potiores in iure / in hiis talibus / pater / vel avus / non possit
contradicere / nec molestare creditores filiorum familias / vel nepotum
Et habeat locum in contractibus / Et questionibus preteritis / Et huic ca
pitulo infrascripto et scripto / non obstante capitulo generali Item si aliquis
filius familias / mercator / Et qui publice / mercatore habetur co
ntraxerit vel distraxerit / aut promissionem / aliquam fecerit / propterea
obligetur / ac si esset pater familias / sine de voluntate expressa /
patris / mercaverit vel se obligaverit / sive non / Et pater ei teneatur
ex tali contractu / Et promissione / nisi expresse contradixerit / ipsi
contractui vel promissioni / vel nisi publice banniri fecisset quod nul
lus contraheret cum eo per banditorem communis / de quo bannimento /
appareat publicum instrumentum / per ipsum patrem habitum / consulibus illius artis
qua ipse filius / exerceret / quod instrumentum dare debeat / ipse pater infra
octo dies dictis consulibus / a die bannimenti / Et si pater cogeretur
aliquid solvere pro ipso filio familias / possit computare id quod pro eo solverit
in parte in qua idem filius / eidem succederet / ab intestato / Et si pater
filium / emancipaverit / Et / non dederit / ei partem legitimam / que ei
contingeret iure nature / teneatur creditoribus ipsius filii / usque in quantitatem
dicte legitime respondere / in qua legitima / non computentur bona alienata
ta per ipsum filium familias / salvo semper quod dictus pater / non teneatur ad predicta
si contradixerit vel banniri fecerit ut supra dictum est

De testibus producendis ad perpetuam rei memoriam. XVI.

xlvj Item si quis testes ydoneos producere voluerit ad perpetuam rei memoriam pro aliquo debito declarando vel aliquo contractu vel conventione rei mobilis seu immobilis testamento vel donatione inter vivos vel causa mortis vel legati vel qualibet alia causa ultima voluntate vel alia nunc valeat et in futurum potestas et maior iudex faciat eos iurare et recipi eorum dicta et scribi in actis sine libris comunis et publicari non obstante si lis non fuerit contestata vel de calupnia iuratum citatione tamen facta de parte adversa et eorum dicta valeant in futurum et omni tempore et in testamentis donationibus et legatis et quibuscumque ultimis voluntatibus et declarationibus sufficiant tres testes masculi a decem solidis supra et ab inde infra sufficiant duo testes et hoc locum habeat in preterito et futuro. Et iudex maior cognoscat et intelligat de predictis et dicti testes possint recipi et iurare et fieri probationes diebus utilibus et feriatis et dictus iudex teneatur ipsos facere recipi et iurare et examinari et publicari infra unum mensem postquam intentio porrecta fuit si producens voluerit sub pena decem librarum de suo salario. penale

Qualiter ius reddatur inter forenses et cives. xlvij

De contractibus initis et omnibus que agerentur cuiuslibet inter forensem et Tudertinum vel cetera extra territorium Tudertinum illud ius fiat forensibus agentibus seu petentibus per officiales comunis Tuderti in civitate (Tuderti quod fieret in civitate) talis forensis contra cives ipsius civitatis alium forensi petenti vel agenti. Civibus vero et comitatensibus Tudertinis ac etiam forensibus qui per quinquennium moram traxerunt in civitate et comitatu Tuderti illud fiat contra alios forenses quod fit de cive ad civem salvo quod si talis forensis conventus non possideret immobilia vel non esset solvendo in civitate vel comitatu (Tuderti) sive quod suspicaretur de eius fuga creditor possit talis forensis personaliter retineri facta assignata fide officiali coram quo ageretur de debito quod creditor petet suam captionem seu

detemptionem postquam vero fuerit captus et detemptus in continenti
nullis obstantibus feriis etiam solepnibus summarie et de plano et sine
strepitu et figura iudicii cum expediat talis officialis Et si infra
terminum breve ipsi creditori de debito non constabit et probatum non fuit
per ipsum creditorem relaxetur detemptus Cum ipso statim actorem compellat
dictus officialis ad refectionem omnium expensarum et dampnorum factorum et
que et quas passus fuerit detentus occasione detemptionis predicte Si vero de
debito probabit detineat ad voluntatem creditoris usque ad satisfactionem de
biti et expensarum Forensibus non habitantibus et qui habitaverint per quinque
nium et ad modum aliorum civium honera publica substinuerint
tam agentibus quam pulsatis contra civem vel cives seu massarium vel
a massario comitatus civitatis Tuder illud ius fiat quod fit aliis civi
bus et massariis secundum formam statuti Et teneatur potestas et capitaneus
et quilibet eorum pro posse iuvare quemlibet Tudertinum obligatum pro
aliquo forense et qui ab aliquo forense vel aliqua comunitate
extra teritorium Tudertinum aliquid haberet recipere quacumque ratione
vel causa ut consequatur integre et quod sibi satisfiat a tali
forense vel comunitate tam litteris quam ambaxiatoribus conce
dendis quam aliis modis omnibus quibus potest expensis pe
tentis. Qualiter et quando testes instrumenta et articuli producantur
recipiantur et examinentur. xlvij.

Item statuimus et ordinamus quod potestas et eius iudices teneantur post
iuramentum calupnie cogere testes productos ab utraque parte ferre
testimonium veritatis Et hoc fiat tam in maleficiis quam in aliis causis
tam ordinariis quam extraordinariis pecuniariis et realibus Et li
ceat utrique parti post publicationem testium producere instrumenta usque
ad sententiam Et utraque pars possit producere testes tam cohactos
per curiam quam alios a die iuramenti calupnie ad quindecim dies
utiles in questionibus civilibus ordinariis et extraordinariis ubi
de calupnia iuratur Et congnoscat iudex summarie Et detur

termini tunc arbitrio judicis / Curent etiam judices curiarum / comunis Tuderti
testes / coram eis juratos examinare vel ita agere / ut aliqui vel aliquibus
exceptis notariis civitatis Tuderti / partibus non suspectis / ipsorum testium examinatio
comittatur / quotienscumque per aliquam partium fuerit postulatum / Et si
contra fecerit / et predicta non observaverit / judex / supradictus / vice qualibet judi
cem libras Cott [primitus] Et caput / Reficiat parti lese / Et quod notarii / curiarum / te
stes quos receperint / examinare / Et interogare / debeant / bona fide
et diligenter scribere / quaslibet negationes / et confessiones / Et responsio
nes factas super quibuscumque / articulis / Et positionibus / Et dicta testium
non pandere / vel manifestare / nisi post publicationem / ipsorum testium / Et
quando / opus fuerit / judici / Et expedierit / ire / debeant dicti notarii ad
examinandum in comitatu / testes / productos / de comitatu / expensis
producentis / opportunis / in cibo et potu / Et equitatura / Et quod te
stes / qui producuntur / in causis / jurare debeant / infra terminum illorum
quindecim dierum utilium / qui datur partibus / ad probandum / nisi steterit pm
ducere vel notarii / Et quamvis / infra dictum terminum / productoris / testes / infra
ipsum terminum / jurati non fuerint / examinati / nichilominus valeant
dicta eorum / dum modo examinentur / ante publicationem testium alterius
partis / Et quod judices / Et notarii / examinantes dictos testes / in quacumque ca
usa / civili / Etiam / si coram arbitris / erunt producti / eorum dicta pure et sim
pliciter / prout ipsi testes / viva voce protulerint / vinculo juramenti scribere
debeant / Et ponere vel scribere / non debeant / clausulam illam / usi
tatam / scilicet / dixit vera esse / que in dicto articulo / continentur / etc. / Et
semper testis / interrogetur de causa scientie / super testificatis / Et si
secus fieret / Et causa fuerit civilis / dictum testis non valeat / set
examinator suis expensis / iterum teneatur / examinare / et nichil
ominus / in maguistri solidos Cott puniatur / Testes non / qui producti /
fuerint / publicentur / elapsis quindecim / diebus utilibus / a die / litis con
testationis / seu quamvis / de calupnia / et veritate dicenda / juranda / in
causis civilibus / hoc intellecto / quod dictus terminus quindecim dierum / abreviari non

possit nec minui aliquo modo et si potestas ipsum terminum abreviaret vel minu
eret incurrat libr. com. puniatur. Et si iudex abreviaret vel minueret
ipsum dilationem termini in quinquaginta libr. com. puniatur. Declarantes
quod testes in causis civilibus producti non possint nec debeant publicari ni
si examinatis testibus utriusque partis vel termino dato ad faciendos ipsos
testes examinari delapso. Articulos quoque et positiones quascumque recipiant
iudices comunis tudertini sub hac protestatione salvo iure impertinentium superfluitatum
non admictendarum dependentium et ad causam non facientium vel al. positorum.
et c. Quibus si respondeatur habeatur pro non responso et super ipsis pro
cedatur ut partes respondeant positionibus et testes super eisdem examinentur.
Reservatum et salvum esse dicatur iure alteri parti in processu cause et
tempore disputationis ita quod producenti non prosint et alteri parti non obsint
si de iure al. non fuerant recipienda. Eo modo si pars ponens vel articulans
petierit ante iuramenta testium declarari utrum ipse positiones vel articuli sit admi
ctendi de iure vel non. Iudex tunc teneatur predicta antequam procedatur ulterius declarare.

Quod creditores audiant ypothecaria actione non facta discussione
bonorum non subiectorum curie tudertine vel domini episcopi. xviiij.

Item statutum quod iudices comunis tudertini audiant agentes contra subiectos curie se
cularis comunis tudertini ypothecaria actione pro creditis vel legatis in quibus
vel pro quibus non subiecti curie secularis comunis tudertini vel curie domini episcopi
tudertini dicerentur obligati non obstante quod rei et fideiussores non subiecti
non fuerint personali actione conventi et ipsorum bonorum non fuerit facta discus
sio et talis exceptio nullatenus admictatur nisi in casu predicto.

Quod petentes legata et dotes intelligantur sine salario et
de modo procedendi in petitionibus ipsorum. xx.

Item statutum quod potestas et capitaneus et qui loco eorum fuerit te
neantur omnia iudicia et legata facta amicis et dotes et instrumenta
dotium viduarum et aliarum mulierum nuptarum tam in mobilibus
quam in rebus stabilibus firma et rata habere et ipsas defendere
et manutenere. Et si aliquis vel alia persona molestaverint et non exit

proprie observata et intelligantur sine salario. Ac etiam intelligantur
[illegible] et legatis factis et faciendis a patre vel a matre vel a filiis
vel ab omnibus aliis personis. Et quod dos possit repeti sine salario
[illegible] petierit etiam post matrimonium solutum. Et hoc idem
intelligatur si maritus dotes uxoris sue petierit, et solum vel alius
qui veram promissionem receperit. Cum iura anime hominum ceteris
rebus sunt preferende ac lege iubente quod potestas iudices communis [illegible]
[illegible] debeant audire executores testamentorum et ultimarum defunctorum
voluntatum et eorum iura in petitionibus legatorum per defunctos relictorum
[illegible] et executione ipsorum executorum et fideicommissariorum agentes
contra heredes et successores defuncti et etiam intentantes actionem
que competebat defuncto cum in hereditate sunt nomina debitorum
etiam sine libello summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii
et illud ius eis fiat ac si vere esset heres ipsius defuncti contra
ipsos debitores hereditatis.

De divisionibus et iudiciis divisoriis. XXI

Teneatur potestas et capitaneus et ipsorum quilibet nec non eorum et aliorum
eorum iudices summarie et de plano cognoscere de iudiciis divisionis
et questionem motam super divisionis iudiciis infra mensem con
tinuum a die petitionis porrecte penitus terminare. Et divisionem fieri fa
cere cum effectu nisi iusta et [illegible] constaret exceptio. Ad quam divisionem
hoc modo procedatur. Videlicet quod ad petitionem provocantis citari faciat
socium seu consortem rei et faciat eligi equaliter parte unum hominem
vel plures ex amicis communibus qui rerum divisionem eque et iuste
faciant. Et si aliqua partium contumax esset vel contempserit [illegible]
[illegible] vel hominem seu homines ad dividendum eligere. Tunc
potestas seu capitaneus proprio arbitrio possit et teneatur
cogere talem contumacem vel contendentem ad ipsum diviso
rem eligendum. Et si [illegible] esset contumax puniatur [illegible]

soldis et nichilominus / ad dictam divisionem procedat per parentores / eligendos
per ipsas partes / vel per ipsum dominum Potestatem seu Capitaneum si partes essent
discordes de electione ipsorum / Que divisio fieri debeat bona fide et
utiliori / modo quo fieri poterit / Et facta dicta divisione partes quelibet
teneatur partem sibi assingnatam / recipere Et si recusaret / puniatur
in centum soldis / Et nichilominus divisio firma maneat / Et siquis
haberet rem comunem cum aliquo et iuxta rem comunem / habet
propria debeat habere / partem rei comunis / que est iuxta rem
propriam / habita semper / ratione melioramenti et restauramenti / ut
qualitas rei exigeret / Siquis vero suo et alterius nomine rem
aliquam emerit vel acquisiverit / non possit ad divisionem compelli rei empte / seu acquisite / nisi primo satisfaciat ei de eo quod
solverit / nomine consortis / occasione dicte emptionis vel acquisitionis
Questiones vero divisorie de quibuscumque bonis / exorte / vel que
oriremtur / inter fratres seu nepotes carnales / aut alios coniunctos usque in tertium gradum / sumarie congnoscantur Et decidantur per duos bonos consanguineos utrique parti actinentes
eligendos per partes / quam electionem fieri faciat / Potestas et Capitaneus / Et quilibet eorum et eorum et cuiusque ipsorum / iudices / qui inde
fuerint requisiti / et tales electi ipsam divisionem facere debeant / infra decem dies / a die electionis eorum / ad penam centum
soldorum pro quolibet / et nichilominus / elapsis ipsis decem diebus / si
dicta divisio facta / non fuerit per eos completa / possint et debeant
compelli et in palatio detineri / usque quo ipsam divisionem fecerint
Item siquis provocatus fuerit ad divisionem et ne
gaverit rem comunem / si in contrarium fuerit probatum
puniatur in decem libris.

De taxatione prebendarum bestiarum XXV.

Possit castellanus dominus Tridenti pro quolibet equo sibi recomendato
per curiam pro tertia vel pingnore / recipere et exigere

p[er] ammona / Et expensis dei equi / den[arios] decem octo / et p[ro] asina sex den[arios]
p[ro] porco et boue / quatuor den[arios] et p[ro] qualibet mala bestiam / duodecim den[arios]
p[ro] qualibet die / Et tantundem possint habere et debeant recipere / illi qui
habent pignora / siue tenutam / extra / per curiam / inductis bestijs
uel aliqua earum / Et si debitor / contra quem data est / non recolligerit
infra octo dies / a die date tenute / uel pignoris / liceat illi qui
ipsas bestias / uel aliquam earum / habet in tenutam / equitare / et ca
lmare / Et alius qui pro die sua equitauit uel calmauerit / non ha
beat uel exigat aliquid / pro prebenda / equitate bestie uel calmate
set sine fraude fiat / recompensatio sumptuum et expensarum
cum equitatura et calmatura ipsarum / Et periculum ipsarum bestiarum
quod sine culpa habentis eam uel eas in tenutam uel pignus
obuenerit / Expectet ad debitorem et non ad dispendium
creditoris.

De debitoribus cogendis et quando carcerati non possint — xxiiij.

xxiiij. Quilibet debitor / tam principalis quam fideiussor possit et debeat / pro pecu
niario debito persoluendo / ad petitionem creditoris. Et heredes eius
et alia ius habentis / in quolibet casu a statuto premisso / in palato
comunis tercis / uel alia domo / per ipsum comune deputanda / personaliter
detineri / Et cogi / usque ad integram / debiti satisfactionem / Et nullus
debitor / sic detentus / debeat / de palatio / seu domo predicta / discedere /
nisi soluto debito et expensis / uel nisi exiuit / Et quando suo cre
ditori placuerit / Et qui contrafecerit / in decem libris uice qualibet
puniatur / Et nichilominus detineatur coactus ad eius creditoris uo
luntatem / Alia pena decem libris / soluere non teneatur / si ante compositio
nem cum suo creditore fuerit / in discordia / de quo stetur uerbo
ipsi creditoris / Et qui ydonee / uoluerit satisfare / de stando / in pala
tio / non mictatur ad carcerem / pro ipso pecuniario debito / non obstante
aliquo capitulo loquente de carceratione debitorum facienda / Item si
aliqua persona / accusata ab aliquo de introitu tenute / uel quod non

Hoc [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

uenerit ad districta(m) siue q(uod) fecerit otia (?) citationem et preceptum sibi Ca(pitulum) lxiii (?)
factum p(er) lxx. co(mun)is mandato iudicis concordaverit cu(m) creditore suo
aut co(m)pensationem facta de eo seu fideiussorem de penis accusationib(us) uel
aliqua ea(rum) ad ipsas penas no(n) teneat(ur) no(n) obstante aliquo capitulo
Et siquis no(n) debitor citat(us) fuerit ab aliquo creditore q(uod) no(n) venerit
ad districta(m) uel venerit palatium uel de introitu tenuite (?) de
posuerit et consignaverit in presentia iudicis [illegible] apud
mercatorem aliquem uel campsorem quantitatem pecunie (et) expres(sa)
qua(m) causa citat(us) fuerit de penis uel aliquo pacto(rum) uel p(er) eum
no(n) steterit q(uod) in ip(su)m depositu(m) creditor habuerit (et) solutionem no(n)
recepit (et) ip(su)m depositum fecerit causa solutionis faciende suo
creditori a die citationis infra unu(m) mensem ad aliqua(m) pena(m) no(n)
teneat(ur) no(n) obstante si ipse creditor ip(s)am petitionem recipere
noluerit. Et ponatur in consilio generali p(er) d(omi)n(u)m po
testate. Quid placet ipsi consilio providere de conducendo
quandam domum per comune pro debitorib(us) detinendis pro
debito. Quod debitores cogant(ur) elapsis decem dieb(us) et q(uod) mu
lieres no(n) possint in palatio detineri. xxviii

proponat(ur) i(n) co(n)silio g(e)n(er)ali

Hoc statuto provisum est q(uod) p(ro) omnib(us) debitis etiam de quib(us) no(n) appa
ret guarentie instrum(en)t(um) post decimum a die sententie uel
precepti seu debiti declarati possint et debeant debitores p(er)
sonaliter detineri ad solvendum compelli in p(er)sonis et reb(us) ad vo
luntatem creditoris ac si forent ex guar(entigia) obligati. Et hoc intel
ligat(ur) de marib(us). femine v(er)o no(n) possint in palatio detineri set
in loco alio congruo et honesto statuendo p(er) iudice(m). Et si pro
muliere debitrice vellet maritus uel filius stare coactus
ipsa mulier nullatenus personaliter debeat detineri pro
debito.

[illegible marginal note]

De salario malitiose. xxix

Item statuim(us) q(uod) siquis deberet salarium maliciosum infra

[library stamp]

libri et psonaliter pecuniario. ut cont(ra) ratã extimatoq(ue) ut alio mo
do restitui nõ debeat. sed sit in arbitrio potatis vel iudicis con
gnoscentis utrum salarium sit maliciosum ut nõ.

De kalendario faciendo. XXVI

Item statutum et ordinatum est quod iudex maior et quilibet
alius iudex dictae civitatis teneantur facere fieri per eorum notarios
kalendarium de diebus feriatis et nõ feriatis eorundem. Et notarii
scribere teneantur. Et si nõ fecerint in viginti soldis puniatur
iudex et in decem notarius.

De diebus feriatis. XXVI.

In nomine dñi amen. Cum iudicialis ordo conquiescere diebus debe
at feriatis et ne iudices nostri dierum utilium et feriato
rum ignorantia ptendere queant et ut diebus utilibus iura
reddant. Ad honorem et reverentiam omnipotentis dei. Et be
atissime virginis marie eius matris et aliorum sanctorum et sanctarum
dei providimus in communi civitatis Civitatensis cum
tam principalibus quam appellationum. Que agitarentur fieri
iure nostri communis infrascriptas ferias ab omnibus inviolabiliter obser
vari. Videlicet. Reverendum diem nativitatis dñi nostri
ihesu xpi cum septem diebus precedentibus et septem sequentibus.
De mense ianuarii. Diem circumcisionis dñi nostri ihesu xpi.
Diem octave sci stefani. Diem festi apparitionis stelle sive
epiphanie cum duobus diebus sequentibus. Diem sci leucii. Diem
sce annunciatis prime. Diem sci felicis. Diem conversionis
sci pauli. Diem festivitatis sci antonii. Diem festivitatis
sci sebastiani. De mense februarii. Diem purificationis vir
ginis beatissime virginis marie. Diem sci blasii. Sancte
agate. Sci valentini. Et sci faustini. Cathedre sci petri.
Et sci mathie apostoli. De mense martii. Dies festivitatis
sci thome de aquino. Sci gregorii. Sancti benedicti. Et due

rendum diem Annuntiationis / beate virginis marie. Diem paschatis resur
rectionis dni nri ihesu xpi cum septem diebus precedentibus / Et septem
sequentibus quod quidem pascha quandoque celebratur de mense martii quandoque
de mense aprilis. De mense aprilis. Dies festivitatum sci Ambrosii
sci Gregorii. sci Marci Evangeliste. Et sci petri martiris. De mense
Maii. Dies festivitatum scorum Philippi et Jacobi. sce crucis. Sancti
Johannis. Sancti Michaelis Archangeli. Diem Ascensionis. Et diem pa
schatis pentecostes, cum duobus diebus sequentibus / quod quidem pascha / et
festum ascensionis / quandoque celebrantur de mense maii quandoque de
mense iunii / Et diem festivitatis / sancti Pancratii. De mense
iunii. Diem sci Barnabe apostoli. Diem scorum Gervasii / et protasii /
Diem reverende festivitatis / beati Johannis batiste. Diem festivitatis
scorum Petri et pauli. Et diem beati confessoris sci fortunati
Et die sancti Antonii. De mense iulii. Dies festivitatum sce
prexedis. Sancte Margarite. Sancte Marie madalene. Sci Jacobi
apostoli. Et sancti Xpofori. Diem sancti faustini. Diem op. scorum
quirici et iulicte. De mense augusti. Dies festivitatum sci Petri
invincula. sci Dominici. sci Sixti. sci Cassiani. Sancti Donati. Sca
ntarum romane et dimne. Sancti laurentii. Reverendum diem
assumptionis beate virginis marie. Sancti bartolomei. Sancti Augu
stini. Et diem decollationis sci Johannis baptiste. De mense
setembris. Diem festivitatum scorum Egidii et terentiani. Diem
nativitatis beate virginis gloriose. Diem sce crucis. Sancti
Matthei apostoli et Evangeliste. Diem Archangeli. Diem
sancti Jeronomi doctoris ecclesie. De mense octubris. Diem
beati francisci. Sci luce Evangeliste. Scorum Simonis et Jude.
De mense Novembris. Diem festi omnium scorum, cum die sequenti.
Diem sancti leonardi. Sancti salvatoris et theodori. Dies scorum
martini epi. Et martini pape. Diem apostolorum Petri et Pau
li qui est octava sancti martini. Diem sancti Clementis

Sancte Catharine / Sancte illuminate / Et sancti Andree apostoli
De mense decembris / Diem sancti Nicolay / Sancti Ambrosy do
ctoris ecclesie / Sancte lucie / Sancti Thome apostoli / Item die lune et
die martis carnisprivii / Et primum diem maioris quadragesime
Decernentes omnes dies quadragesimales et Jeiuniorum ac
dies sabatorum / in quibus dicte festivitates non celebrantur / esse utiles
tota die / Dies vero quibus consilia generalia celebrantur / vel con
silii populi / si demane fierent ipsa consilia / ut aliquorum ipsorum media
ipsius diei / sit penitus feriata / Si vero post nonas / simili modo me
dia ipsius diei sit penitus feriata / Si vero post nonas / simili
modo / media ipsius diei / sit penitus feriata / In omnibus civilibus
curiis tudertinis / Et hoc non intelligatur / de consiliis pro depreda
tionibus faciendis / seu sententiis ferendis / Singulis autem diebus
quibus Judices curiarum / non venirent ad banchas, iura more solito re
dituri / ipsi dies habeantur et sint modo simili feriati / videlicet
in illis causis / que agitarentur / coram tali Judice / ad bancham
non veniente / Ob Reginem vero hominum / pro messibus et vindemi
is has duximus ferias inducendas / videlicet a die / Reveren
di festi beati Johannis batipste, de mense Junii usque ad diem / in
quo fiet preposita / pro vindemiis / sint ferie pro messibus / Et a die
quo incipientur / vindemie secundum deliberationem / Et provisionem
que fiet usque ad unum mensem proxime secuturum / pro vindemiis
sint inducte / In criminalibus autem causis / procedatur omni tempore
etiam dictis diebus / Et temporibus feriatis / aliquo non obstante /

Quod obmissio proprii nominis heredis non vitiet sententias vel processus xxviii.

Item statuimus quod omnes / processus, et omnes tam actionis in so
litum quam alius nature / cuiuscumque facte et facte lati et late / contra
heredes alicuius pro quemcumque Judicem / et officialem / sine tudertini
sint et esse / debeant firmi et firme rati et rate et de iure subsistant
non obstante quod non sint in petitione / processibus et sententiis pro

prius nostris nominibus nuncupati / Et quod opponens talem exceptionem tam contra petitionem quam processum / nullitatem audiatur. Et quod hoc capitulum locum habeat / in omnibus et singulis / processibus et sententiis factis et faciendis / / Et etiam pendentibus / in quibuscumque curiis civitatis Tudertine /

De custodia festiuitatum sancti Antonii et aliorum sanctorum — XXVIIII.

Item statuimus et ordinamus quod festum sancti Antonii / confessoris ordinis fratrum minorum. Et festum translationis / sanctorum Fortunati et Cassiani. Et aliorum sanctorum / qui in dicta / sancti Fortunati ecclesia requiescunt / custodiantur et celebrentur / ab omnibus tudertinis / Et artificibus / civitatis predicte / Et illis diebus nichil debeant operari. Et contrafaciens / in quinque soldis puniatur / Et ad reverentiam ipsorum sanctorum dies predicti sint feriati.

De modo probandi parentella et hiis similia. XXX.

Item statuimus et ordinamus quod quandocumque casus occurrerit / / In quibuscumque causis civilibus et criminalibus / que erunt / coram quocumque iudice communis Tuderti / Et etiam coram arbitris et arbitratoribus ante et post litis contestationem. Probatio parentele / affinitatis matrimonii filiationis vite et mortis / Et huiusmodi fieri valeat coram eis / Et sufficiat / probatio trium testium / Et quod a notis et longinquioribus eos credatur extimatur ita verum fore. Et talis probatio plenam obtineat firmitatem. Iure civili vel canonico seu statuto aliquo loquente in contrarium non obstante

Quod victus condempnetur victori in civilibus causis in expensis XXXI.

victus victori etc. Item statuimus et ordinamus quod in omnibus et singulis causis civilibus / in iudicio agitandis / etiam si de calumpnia iuratum extiterit / sive non / victus victori in expensis legitimis condempnetur /

De dampnis datis per modum guasti et incendii emendandis XXXII.

Hoc sicut guastatores / Et incendiarii / publice vel occulte /

dampnum inferre non audeant et ut communia castrorum et villarum in
fra quorum confinia dampna talia inferri contingerent ipsos infe
rentes sollicite persequantur. Statutum et ordinamentum est quod si da
pnum per modum guasti vel incendii fuerit alicui districtino per ma
liciosas personas studiose illatum publice vel occulte in aliqua
re comittens maleficium potestatis vel capitanei arbitrio pu
niatur distincta qualitate delicti et nichilominus ad emendationem dampn(um)
passo. Et omnia communia castrorum et villarum comitatus Tuders(ini)
sollicite vigilent ne dampna talia per guastum vel incendium
infra sua confinia alicui inferantur ni velint exinde emenda
tionis dispendia reportare prout inferius declaratur. Si quis ergo
in territorio alicuius communitatis Tuders(ine) infrascripto modo dampnum
guastum aut incendium in re aliqua fuerit passus primo
et ante omnia exquirat malefactorem et si ipse scire non pote
rit requirat universitatem castri vel ville ubi seu infra cuius con
finia dampnum substulerit quod potestati vel capitaneo communis Tuders(ini) de
nuptiet et notificet delinquentem. Et si talis universitas denu
ptiaverit aliquem teneatur dampnum passus ante quod talem univer
sitatem possit in aliquo molestare toto posse persequi et exigere
contra talem denumptiatum vel accusatum sine incomoditate vel re
fectionem. Et nichilominus universitas predicta toto posse
teneatur quod talis malefactor seu dampnum inferens puniat et
quod dampnum reficiat dampnum passo si non de malefactore constabit
puniat eum potestas sive capitaneus ut supra continetur.
Et teneatur talis dampnum passus ex bonis delinquentis satisfieri
pro posse et in ipsis malefactoris bonis quod fiat sine executio et
maxime pro suo dampno emendatio. Si vero dictus malefactor
non esset eveniendo vel sciri non possit qui talem guastum incen
dium seu dampnum intulerit in tali casu teneatur communitas seu
universitas castri vel ville in cuius territorio fuerit illatum

ad emendam prefati dapni et guasti, si extimatio dapni vel gua
sti fuerit a centum solidis infra, si non a centum solidis supra teneantur ad
dictam emendam omnes communitates plebatus infra cuius confinia
dictum dapnum seu guastum illatum fuerit. Et quod dapnum illatum
fuerit probetur legitime ex ipsa dapni inspectione, quod autem dapnum da
tum fuerit studiose et causa malivolentie probetur per septem testes
de publica fama bone oppinionis. Quibus probatis eligantur duo
homines, unus ex parte communitatis seu plebatus predicti, et ali
us ex parte dapnum passi, qui iurati extiment dapnum, predictum
etiam in minori quantitate quam fuerit vel plus ut extimaverint eme
ndetur a tali communitate vel plebatu. Ad que omnia fieri facere
teneatur potestas et capitaneus quotiens fuerit ipsorum aliquis
requisitus.

De appellationibus interpositis a sententiis vel gravaminibus in civilibus. xxxii.

Quoniam iudices quidam ob imperitiam, quidam ob iniuriam, in
quos sententias proferunt ac alia iniusta gravamina inferunt
litigantibus, quorum foret prolixa expressio, appellandi usus fre
quens ac necessarius est, cuius cum remedio tam imperitia quam
iniquitas iudicum resecatur. Igitur itaque in civili negotio que
stione seu lite a potestate, capitaneo vel ipsorum sive alicuius eorum iu
dicibus quovis alio officiali civitatis iurisdictionem habe
nte iniuste fuerit gravatus, ac iniuste gravatum se dicet tam ab
interlocutoria quam diffinitiva sententia et a quolibet alio gravamine in
civilibus, ad defensorem seu iudicem appellationis civitatis Cu
deti infra infrascripta tempora et cum infrascripta distinctione ap
pellandi liberam habeat facultatem, scilicet a diffinitiva sententia
infra decem dies, ab interlocutoria vel alio civili gravamine
infra tres dies continuos a die late sententie vel illati grava
minis, vel non a die scientie, computandos. Que appellatio fieri
possit sine scriptis viva voce, et sufficiat appellanti dicere

appello a tali sententia / vel gravamine / si appellet ipsa die / late sententie vel illati gravaminis / Postea vero / infra dictum decendium / fiat in scriptis et exprimatur / in ea / causa propter quod ad quem et a quo appelletur nec etiam / etiam quando appellatur ab interlocutoria vel gravamine / pro dictis / quod exprimatur / appellationis causa / vel quod petantur expresse appostoli / nec intelligatur deserta / vel non solempniter facta / appellatio pro obmissione petitionis appostolorum / sed eo ipso / quod de appellatione constat appostoli censeantur petiti / etiam si petiti / non fuerint / Et teneatur appellans / causam appellationis / coram defensore / infra predictum decendium / quando a diffinitiva / et infra predictum terminum / quando ab interlocutoria / vel alio civili gravamine / appellari contingeret / in publicam formam / producere ac porrigere / quam ipse defensor recipere teneatur / alioquin / si ut predictum est facta et producta non fuerit / talis appellatio censeatur deserta et pro non facta / nec ulterius fieri possit / Et teneatur potestas et capitaneus / et quilibet eorum et curieque eorum iudices / et quilibet alius a quo / in supradictis casibus appellatur / grate et benigne appellationi deferre / et nil innovare appellatione pendente / Et ergo novum fieret / ut fore nullum ipso iure / sit irritum / et teneatur omnis appellans a diffinitiva / infra tertiam diem / appellans ab interlocutoria / vel alio gravamine / infra primam diem / post appellationem interpositam in publicam formam redactam / coram defensore / libellum et petitionem / super ipsa appellatione / prosequenda / porrigere coram defensore prefato / ut ipsam appellationem prosequatur / Defensor vero prefatus ad petitionem dicti appellantis citari faciat partem appellatam / quod veniat ad recipiendum libellum / sive eius copiam ad terminum brevem statuendum per eum / cum si venerit / statim / faciat / petitionis copiam dari / et assingnetur terminus duorum dierum / si appellatio fuerit a diffinitiva / et unius diei / si ab interlocutoria vel gravamine / ad respondendum

libello, nec non ad proponendas exceptiones omnes, cui appellatur, in prefixo
termino prius libello respondeat. Et nichilominus suas exceptiones pro
ponat, et predictum iudicem admittantur, sub hac conditione, quatenus
vere sint et de iure procedant, reservata virtute probationum et
congnitione ipsarum in processu. Nec recurretur litis contestatio pretextu
alicuius exceptionis proposite, sed quicquid ante litis contestationem obicitur
ante sententiam in processu veniat decernendum. Faciat igitur in
ipsa responsione litem contestari et de calumpnia iurari, nisi
foret in principali iuratum, vel pactum taciti unitate remissum.
De inde assignet utrique parti terminum ad inducendum probandas
et producendas iura et probationes, videlicet octo dierum, si de diffini
tiva agitur, si de interlocutoria vel alio gravamine quinque dierum,
infra quem partes iura ipsorum et probationes producant. Nec
postea audiatur probare vel inducere volens. Postea vero habitis apud
quem res agitur, causam examinet et diffiniat per sententiam cum
consilio si petatur, vel sine consilio sapientis si non petatur,
infra decem dies, si causa est de diffinitiva sententia. Et si de in
terlocutoria vel alio gravamine vel precepto, infra quintam.
Et omnia suprascripta tempora prosequende et diffiniende appellationis
interposite a diffinitiva sententia intelligantur utilia et non continua.
Ea vero que limitata sunt ad prosecutionem et diffinitionem appe
llationis interposite ab interlocutoria vel gravamine alio sint
continua, excepto quod diebus solempnibus et feriatis inductis ad
honorem dei. Ceterum si pars appellans vel appellata
non comparet ad dictam causam peragendam, prosequendam et
diffiniendam ut dictum est, possit et teneatur dictus iudex ad
petitionem tam appellati quam appellantis et cuiuslibet seu alte
rius ipsorum, etiam lite non contestata, in causa procedere, probationes
et iura volentis inducere recipere, et ipsam causam congnoscere
et diffinire infra tempora supradicta. Et si negligens fuerit

87v

dictus defensor puniat pena vigintiquinque librarum. Et super contra intentionem quod parti prosequenti obvenerit integraliter debeat resarcire nec retardet procedere ut supra dictum est. Etiam si ab initio appellatio dicatur frustatoria. Etiam talis exceptio sive obiecto nullitatem contestationem litis nec cause congnitionem retardet sed in processu postea congnoscatur. Et succumbens in causa appellationis condempnetur in expensis victori. Et si appellatio fuerit et apparuerit frustatoria non solum in expensis parti set etiam in solidis duobus pro qualibet libra eius vel extimationis eius de quo vel pro quo appellavit camerario communis Tuderti per ipsum iudicem. Et ipsa eciam in tali causa appellationis ferenda debeat condempnare. Et si contra appellationem pronuptiaverit rata maneat prima sententia cuius executio ad eum qui primo eam tulit pertineat nec possit a confirmatoria sententia iudicis appellationis ulterius appellari. Et si non fuerit prima sementia infirmata vel nulla pronuptiata liceat illi contra quem pronunptiatum extiterit infra decem dies a die sementie in tali causa appellationis late appellare ad dominum potestatem vel dominum capitaneum hoc modo videlicet quod si primum gravamen seu sententia infirmata lata fuerit per capitaneum appellet eo ad potestatem. Si vero lata fuerit per potestatem appellet ad capitaneum. Eciam secundam appellationem debeat appellans in publicam formam infra ipsum decemdium coram eo ad quem appellaverit producere. Et postea infra quindecim dies coram eodem ad quem appellavit compareat cum actis primi iudicii et secundi seu cause. Et eam deo officialis committere qui potestas sive capitaneus audierit sine aliquo alio processu vel congnitione ipsa acta et gesta simul in clausa in sacculo vel sigillata ut ei videbitur cuidam iuris perito partibus non suspecto in civitate Tuderti si partes

fuerint concordes uel extra si non fuerint concordes consulendum comi
ctat. Cum consultor consulere debeat utrum defensor sive iu
dex appellationis bene uel male pronuptiaverit. Cuius consilio re
dito infra tres dies pronuptietur per potestatem uel capitaneum
prefatum sententiam sententiam confirmando uel infirmando secun
dum formam consilii consultoris prefati et ulterius appellari
non possit.

Quod appellans solvat tres den. pro libram si succumbat — xxxiiii

Item quod si sententia fuerit lata per ipsum defensorem contra appe
llatem quod talis qui appellavit solvat nomine pene camerario comunis
tiburti super diffinitiva tres den. pro qualibet libra et super interlo
cutoria similiter solvat tres den. pro libram. Et quod teneat facere de
positum sive causa sit pecuniaria uel realis que si realis fuerit
extimetur. Quod iudices tenutas datas dictus defendant et qui
iudices teneant ten. extromittere — xxxv.

Item statuimus quod omnes tenutas datas per curias tiburti potestas
et qui loco ipsius fuerit et quilibet eorum iudices usque ad finem eorum
regiminis defendere teneantur omni fraude cessante. Et hoc
locum habeat in preterito et futuro. Et datio tenute non obsit ali
cui nisi illi contra quem data fuerit ipsa tenuta uel est sibi et
habenti ius iure uel possidenti ante litem motam rem de qua est
data ipsa tenuta. Et iudex qui ipsam tenutam dederit uel preceperit
dari cassare tenutam extromittere teneatur ad petitionem ius habentis
iure uel possidentis nisi cui data fuerit ipsa tenuta voluerit probare
rem illius esse contra quem data fuerit ipsa tenuta. Ita quod posse
ssio non auferatur possessori rei sine iuris congnitione in aliquo
predictorum scilicet ante litem contestatam motam nisi possessor si
mpliciter confiteatur rem debitoris esse et non ostenderit ius habere et si
ei possit dari utilibus et feriatis.

[library stamp]

[margin: ... possit ... / ...]
[margin: ... preceptum seu debitum ... post ... executio ... ut ...]

De precepto Guarentitie

Item statuimus et ordinamus quod licitum sit iudicibus et notariis / qui
conficiunt cartas publicas tam de civitate quam de comitatu tuderti
et unicuique ipsorum preceptum Guarentitie / facere de debitis ipsorum
manu scriptis et de aliis bonis et rebus de quibus contractus confite-
rentur in hunc modum ¶ Talis iudex et notarius tali volenti et confitenti
precepit quod solvat debitum prefatum tali creditori / ad talem terminum
ut in ipsa scriptura continetur vel defendat rem venditam et contractum
observet vel instrumentum et omnia et singula que in ipsis instrumentis continentur
¶ Teneatur potestas et qui loco eius fuerit / et iudices curie et notarii ad
iustitiam reddendam sedentes / existentes ipsam Guarentitiam exequi in
hunc modum / ¶ Videlicet quod soluto salario camerario communis tuderti ad petitionem
et requisitionem creditoris vel heredum / ipsius vel illius qui ius cessum
haberet vel procuratoris eorundem / faciat fieri preceptum per bannitorem communis tuderti personaliter
vel ad domum / ipsius debitoris quod debitor vel heredes ipsius vel ipsorum quod
veniant ad standum et morandum in palatio communis et quod inde non discedat vel
discedant / nisi primo satisfecerit creditori vel heredibus ipsius vel habenti ius
cessum ab eo de omni debito sorte et expensis et de omni eo quod in ipsis
instrumentis noscitur contineri ad penam decem librarum cortonensium communi
tuderti persolvendam vel ipsi die de predictis omnibus et singulis
eius satisfecerit creditori vel heredibus ipsius vel ei qui ius
cessum ostenderet coram eo vel altero eorum ¶ Qui quidem
debitores si venerint cogantur per eum vel eos / qui Guarentitiam
exequuntur personaliter et realiter ubi et qualiter de creditoris
eius heredis / vel ius cessum habentis processerit voluntate nisi ipsi
debitores vel convenienti ex forma Guarentitie opposuerint solutionis
exceptionem quam solutionem probare possint infra tres dies
a die precepti facti per bannitorem numerandos per instrumentum
quietationis vel instrumentum cancellatum vel incisum
¶ Et nullam aliam exceptionem possit opponere / vel alio modo

[catchword:] opponere

III

opponere vel alio modo probare, et quia ipsa guarentitia seu preceptum guar(entigie)
impediatur vel retardet(ur), ad quam exceptionem probandam nullatenus admi
ctatur nisi primo apud ydoneum mercatorem vel capsorem depositum fecerit de
quantitate sortis et expensis et de omni eo quod in dictis instrumentis conti
netur, sicut de predictis processerit voluntate. ¶ Et si non veniret in
termino ei dato vel assignato per bannum vel sine licentia creditoris vel eius
heredis vel ius concessum habentis de palatio discesserit, in dicta pena debe
liber ad requisitionem seu denuntiationem creditorum vel alterius predictorum
per potestatem vel iudicem maleficiorum omnimode condempnetur, omni iuris solemp
nitate et ordine pretermisso. ¶ Que condempnatio iteretur et fiat per
potestatem et iudicem supradictum totiens quotiens ipsi debitores preceptum
prefatum guarentigie contempserint adimplere, et nichilominus co
ntra bona debitorum vel heredum eorum atque personas ipsorum procedatur omni
modo prout a creditoribus ipsorum vel ius cessum habentibus fuerit postula
tum incapiendo et detinendo et domum vel domos precidendo vel sca
cando tenutam bonorum capiendo et vendendo et in solutum capiendo quo
usque fuerit satisfactum sicut de ipsis creditoris processerit voluntate.
¶ Et si inter creditores vel heredes eorum vel ius cessum habentes inte
gre reservato quod si eorum instrumenta firmarent se ipsos de
bitores habere suspectos, ostenso instrumento guarentigie, nulla debito
ris requisitione prehabita, potestas et alii qui dictam guarentitiam
exequuntur capi et ad palatium duci facere teneantur ipsos debi
tores ita quod ipsis creditoribus vel ius cessum habentibus satisfaciant nisi
premissam exceptionem opponerent vel probarent modo superius no
minato. Super quibus omnibus et singulis supradictis potestas et iudex pro
cedant sicut eis vel alteri eorum videbitur expedire. Et sicut de cre
ditoris vel eius heredis vel ius cessum habentis processerit voluntate,
servata tamen forma supradicta. ¶ In quibus omnibus et singulis pre
ceptis et executionibus omnibus supradictis et quolibet predictorum omnis
appellationis et nullitatis remedium conticescat, ita quod ipsorum re
medio vel alterius predictorum nichil de predictis processibus

[library stamp]

precepta executorib(us) / ul aliq(ui)s / supradictis / possit ul debeat immu
tari tolli / uel reuocari / ul emendari / si quis aut(em) contrafecerit / uel
venerit in executione / ... supradicte / ul processu / qualitercumq(ue)
facto / ul de nullitate dicendo / ul in aliquo p(re)dictor(um) / contrafaciendo
pen(am) quinquaginta lib(rarum) ... ... puniat(ur) / et ip(s)am appellationem
allegationem / ul contradictionem aliquis iudex no(n) admittat / sed
predictis / ul aliquo predictor(um) no(n) obstantib(us) / ad executionem pro
cedant / sicut ei uidebit(ur) expedire. Et iudex qui ip(s)am appellationem
recepit pena simili puniat(ur). Et pena etiam advocati et
procuratores sustinerent et alius quilib(et) qui in p(re)dictis / contrafecerent
patrocinium / ul p(ro)cur(ationem) / ul advocationem / ul aliquid aliud contra
predicta / ul alterum p(re)dictor(um) / prestando / ul contrafaciendo. Et
predicta omnia et singula fieri possint et effectui demandent(ur)
diebus utilib(us) et feriatis / qui(bus)cumq(ue) quib(us) omnib(us) et singulis votis et
sua causa favorabiles existant. Ita q(uod) omnia et singula integra
lite / effectui mancipentur / nullo consilio / ul deliberatione
aliqua in aliquo requisitis. Que omnia et singula et quelib(et)
predictor(um) locum habeant et inuiolabiliter observent(ur) in omnib(us) p(er)sonis
maiorib(us) et privilegiatis p(er)sonis ciuib(us) et forensib(us) / qui intra ciuitatem li
tigarent. Et hoc capitulum et omnia et singula in eo contenta / supra scripta
locum habeant et roboris obtineant / firmitatem / in pendentib(us) /
preteritis / presentib(us) et futuris. Aliquo iure ciuili / ul canonico
ul statuto no(n) obstante. Quib(us) omnib(us) et singulis p(re)dictis presens ca
pitulum derogat / ac si ipsa seriatim / essent expressa ac etiam dictum
capitulum / q(uod) ... ... / precissis et irritis habeant(ur). Et potestas
et rector communis ... / ul ille qui facit locu(m) ei p(ro) tempore / sub pe
na quinquaginta lib(rarum) p(ro) [capitulo] q(uo)l(ibet) in omnib(us) et p(er)sona poni facere
teneant(ur) / de statuto in statutum / ita q(uod) hec omnia semp(er) in
ueniant(ur) in statuto et volumine statutor(um). Item / potestas / et
rector / communis ... uel ille qui fuerit loco eius / et iudices ciuitatis
et ... / communis ... / teneant(ur) et debeant / p(re)dictum capitulum in omnib(us)

Vitalis penale.

No(n) obstat fieri

et pena, ut supius est expressum executioni mandetur
in omnibus contractibus factis et celebratis inter quascumque per-
sonas citra annum citra, etiam ubi Guar. non continetur. In
omnibus contractibus cum libris quibuscumque sive omni tempore factis
et celebratis sive intus contineatur Guarentia, sive pre-
ceptum Guar. contineat sive non. Ita tamen quod dictum
capitulum nec aliqua pars ipsius capituli non preiudicet nec
aliquod preiudicium faciat capitulo quod loquitur et est sub rubri-
ca de non contrahendo cum filio familias et contractibus habitis
cum ipsis filiis et nepotibus emancipatis et ubi loquitur per Guar.
factis citra annum citra. Intelligatur de contractibus scriptis et
publicatis manu cuiuscumque notarii civitatis et comitatus Tuderti
et etiam alibi non obstante capitulo constituti quod est sub rubrica
quod nullus notarius alteri publicationem roget aliquod instrumentum et
quolibet alio capitulo quod hic pro specificato et nominato habeatur.

De beroariis concedendis et de ipsorum salario. xxxvij

Item statuimus quod potestas teneatur vinculo iuramenti et iudices ma-
leficiorum et maior consilium teneantur dare et concedere beroarios omnibus credi-
toribus petentibus sapientis, soluto prius salario camerario comunis
et postquam Guar. fuerit exemplificata ad petitionem illorum creditorum in civi-
tate et comitatu Tuderti. Et hoc intelligatur ubi Guar. continetur. Et
quod beroarii capientes aliquem debitorem pro populario comunis habeant
[illegible] pro [illegible] ipsorum beroariorum in platea et civitate Tuderti
[illegible] solidos et [illegible] infra [illegible] solidos et [illegible] extra [illegible]
[illegible] et plus petere non possint nec debeant accipere.
[illegible] potestas et iudices teneantur et debeant concedere beroarios ad
petitiones creditorum quorum [illegible] ultra [illegible] libras. Et quod potestas
teneatur dare beroarios in comitatu Tuderti petentibus [illegible]
[illegible] [illegible] obstendo instrumento Guar. continente
[illegible] [illegible] facta, et habeat et habere

debeat / pro quolibet qui erit eques / de sua familia / octo solidos pro qualibet die
a presente ipsos / bernarios cum tribus / Quas expensas debitor refficere
teneatur. Quod filie femine superstite masculo non succedant
et qualiter tunc dotentur / xxxviii.

Item statutum quod nulla filia / vel neptis seu nepos / ex fi
lia / vel neptis ex filio avi vel avie succedant / Et pete
tes non audiant / Et potestas et qui loco eius fuerit /
et judices curiarum Carnis Tarvisii / non intelligant / nisi in his
tantum / que pater vel mater / reliquerit / Et si posse
ssione habuerit / ad restitutionem teneant / et restituere co
gant / Ita quod filius maschulus et nepos maschulus / ex
filio maschulo non fraudetur / nec fraudari possit / Si
vero pater vel mater ab intestato decesserit / potestas
et qui loco eius fuerit / cogat ipsos fratres vel nepotes /
ipsam vel ipsas filias / secundum patrimonii facultate
dotare et vestes dare et habitationem et alimenta
prestare / donec nupte fuerint et in predictis doti
bus et vestibus et alimentis habeant bona patris / et
matris obligata usque in quantitatem contingentiam / Et si
pater vel mater testamento facto decesserit / et filiis
vel filiabus suis aliquid non reliquerit / fratres vel
nepotes vel heredes / teneantur eas dotare et
maritare secundum facultatem poderis / Et si post
quam nupta fuerit maritus eius moriretur / talis
filia vel filie / possint redire ad domum patris /
fratris vel nepotis / donec iterum maritaretur / et
possit alimenta de ipsis habere / nisi alimenta fuerint
sibi relicta / vel nisi possent de suis dotibus

alimenta ¶ Et potestas et iudex facere fieri teneantur et faciant
sine ratione salarii / et talis mulier / teneat / et debeat mittere et
dare in domo ubi fuerit fructum totum dotium suarum et totum quousque
fuerit iterum maritata ¶ Et hoc capitulum sit precisum / inguali-
ter parte sui / et valeat et teneat / in preterito / presenti / et
futuro / aliquo beneficio / iuris / civilis vel canonici / vel municipa-
lis non obstante ¶ Et omnia supradicta / fiant quando sunt expressa / locum
habeant superstite filio masculo / ita quod eius filius masculus / vel
nepos ex filio / masculo / omnino succedat / in bonis patris in
totum / Item et pater / reliquerit aliquid filie femine / in suo
testamento vel ultima voluntate / quod heres institutus / tali filie femine teneatur
dare alimenta / donec legatum factum sibi solverit eidem
secundum facultatem patris et sui legati / vel relicti.

Qui possint dare tutores et curatores / et quando iudices vadant ad domos personarum.

Item iudex maior / possit dare / curatores / ad lites et ad
tores et tutores / ad petitionem / petentis et postulantis et xxxiiii
interponere auctoritatem suam / in venditionibus pupillorum et
minorum et emancipationibus ¶ Et hoc idem possit facere potestas et
iudex / extraordinarius / et maior / Et quilibet de ipsis iudicibus con-
tentis in dicto capitulo / teneatur et debeat / ad petitionem petentis
ire ad ecclesiam stantem in parrochia / illius qui peteret /
ipsi iudici / quod veniat ad interponendum / suam auctoritatem / in predi-
ctis contentis in dicto capitulo / sub pena viginti quinque librarum Et
intelligatur / in civitate veteri / et in burgis et suburgis / non
teneatur ire ¶ Et predicta et quelibet predictorum / fieri possint et de-
beant / etiam in diebus feriatis / diebus feriatis ad honorem dei / dum-
taxat exceptis / Et predicta etiam facere possint alii iudices communis
quam predicti. Qualiter precepta et laudata exequantur et pro eorum executione recipiatur. xli xl

Item statuimus quod omnes iudices qui fuerint curie ra-
tionum / teneantur executioni mandare / omnia precepta / sen-
tentias et declarationes / a se ipsis factas et suis pre-

[library stamp]

decessoribus et etiam lauda et arbitria et sententias datas per arbitros
et arbitratores. Et quod citatio super executione laudorum et sententiarum
fiat et fieri debeat in scriptis per cedulam, et si aliter fieret
non valeat. Et predicta fieri possint diebus utilibus et
feriatis, diebus feriatis ad honorem dei dumtaxat ex
ceptis.

Quod maritus lucretur quartam partem dotis uxoris sue. xli.

Lucretur maritus quartam partem dotis uxoris sue, sine fi
lio vel filia ex ea habitis decedentis, quandocumque dece
dat, postquam eam duxerit ad domum suam, de qua quarta parte
non possit ullatenus defraudari. Et hoc capitulum locum
habeat et ad preterita et futura se extendat tam in
iam nuptis quam etiam in nubendis. Quod iudices faciant om

nia acta notariis eis concessis, et de prohibitis ipsis notariis. xlii

Item statuimus quod tam iudex maior quam alii iudices curiarum comunis Tudertini
ad penam decem solidorum de quibus accusator habeat medietatem
et aliam medietatem comune Tudertinum, teneantur scribi facere libellos, capitula, calumpnie,
confessiones, negationes, positiones et sententias et acta alia comunis
Tudertini in quaterno per notarios eis concessos, sine aliquo pretio
vel mercede, tam ab illo qui fuerit de iurisdictione Tudertini
quam ab alio alterius iurisdictionis. Et omnes notarii qui fue
runt in officio comunis non possint aliquid ab aliqua persona recipere, aut de
aliqua, nisi feudum eis concessum. Et notarii et iu
dices teneantur dare scripturas partibus pertinentes cuicumque pe
tenti et volenti, et ille qui recepit acta de exemplando non
recipiat a civibus et comitatensibus ultra quatuor denarios
de calumpnia et quatuor de precepto testium, de quolibet teste et
carta octo denarios. Et iudex faciat incontinenti, scilicet eadem die mane
vel sequenti, sine fraude restitui, et si plus peterent
ipse iudex teneatur facere restitui. Et nullus notarius cum fuit
in officio faciat aliquod instrumentum firmantie, tutele vel cure
ret aliqua alia acta, sive cum exemplet, dum est in

officie ad ipsam curiam / et si exemplaret non habeat / facere tali exem
plo / set alii / notarii faciant / qui facere possint, et tunc / teneat iudex suam
auctoritatem / interponere, et prestare / Et quilibet iudex / teneat dare / cura
torem / cuius causa / coram eo / vertitur / coram eo, et talis datio valeat in
futurum. Et nullus / notarius stet infra disches ubi stant iudices, et
notarii de dictis curiis / nisi staret ibi ad exemplandum / vel causa exemplandi
et stet dum exemplat acta / ipsius curie in qua electus fuerit ad
exemplandum, et non stet / postquam exemplaverit / sub pena / viginti solidorum.

pena stantis infra dischos ubi stant iudices.

Item quod omnes notarii / curiarum / teneantur / et debeant / continue
a principio curie, cum iudicibus ipsarum / curiarum / stare / sub pena /
centum solidorum / Et iudices curiarum / possint committere / acta / ipsius
curie ad scribendum alii / notario / quam notariis eis concessis /
si hoc fuerit de voluntate partium / et partes / voluerint /
sine pena valeat et teneat / Et aliter fieri non possit.

Quod iudex maior cognoscat de questionibus a centum solidis infra et de emendatione guastorum et executione laudorum. xliiii.

Item statuimus et ordinamus quod iudex maior / cognoscat / de omnibus
questionibus / a centum solidis infra. Et de venditionibus faciendis et
de petitione / emendationis fiende de incendiis et guastis a plebatibus
et hominibus ipsorum / plebatuum / et sindicis et massariis a senatus
infra / emendas latas eius incendiis et guastis / executioni mandare

xliiii

Item in omnibus curie et litteris executioni mandandis ab
arbitriis legitime factis et omnibus preceptis / ab ipso iudice et
predecessoribus eius factis / et emendis latis in curia clericali le
gitime / datis executioni / mandare si curia clericalis / brachio
caret brachium / secularem executionem facere / teneatur / secundum
hoc statutum / et iura ubi statutum non loquitur / Et dictus
iudex intelligat / sine salario / quas petitiones executioni mandari
pendat et emendas atque arbitria. Item iudex maior / possit
et debeat / cognoscere ad petitionem / petentis contra ple
batum comitatus Tuscie de guastis et incendiis die
utili et feriata.

De electione et officio iudicum et notariorum civitatis et de ipsorum salario. xliiii

Item statuimus et ordinamus quod ad officium / centum solidorum / et ab inde
infra / esse debeant / duo iudices / quorum quilibet habeat tres notarios
secum / qui iudices esse debeant / de civitate Tuderti / et congnoscat
de omnibus questionibus centum solidorum et ab inde infra / secundum modum
infrascriptum / secundum hoc statutum / et iuris ubi statutum non loquitur /
Et ita congnoscant / quod uno termino precise / causam viginti solidorum
et ab inde infra / diffiniant / nisi causa vel petitio / annualem
prestationem contineat / vel nisi faciat preiudicium proprietati
alicuius rei mobilis / vel pertineat ad maiori / summa / Et illi detur po-
tius iuramentum / qui probavit / per unum testem / detur etiam iu-
ramentum / illi cui iudici videbitur / Verum si petitio conti-
neat / ipse / annualem prestationem / vel prestaret / preiudi-
cium alicuius rei mobilis / vel pertineret / ad quadraginta solidos
supra / iuret de calumpnia / et dentur probationes secundum iura / Et
quilibet ipsorum / iudicum / pro eius salario / seu feudo / per sex mensibus habeat
duodecim libras et decem solidos cort. / et plus ad voluntatem / consilii / Et
duret eorum officium per sex menses / Et quilibet ipsorum iudicum de
dicta questione et ab inde / infra / congnoscat et diffiniat in
solidum / secundum predictum modum / inter illos qui accederent /
coram eis / et congnoscere / et diffinire teneatur / Et nullus
ipsorum iudicum / possit / nec debeat / recusare petitionem ali-
cuius / coram se / venientis / Et nullus qui electus / fuerit ad
ipsum officium / iudex vel notarius / aliquo / modo per potestatem / vel curiam
cogi possit / sed sit in potestate / electi / ipsum officium / acceptare
vel recusare / Item quod iudex centum solidorum / esse debeat etatis
triginta annorum / ad minus / et exercuerit / artem / notarie
quinque annis ad minus / et notarii / teneantur assingnare libros
camerario comunis Tuderti infra tres / dies / deposito / eorum officio / Et qui-
libet ipsorum notariorum / habere debeant / a comuni pro eius feudo

septem libr. et dece sol. den. cort. Et plus ad voluntatem consilii / provi
dentes quod de inceps / in perpetuum / ipsorum iudicum et notariorum / Centu
sollorum quod infra electio / fieri debeat in hac forma / Vid. quod dni priores
ipsi civitatis Tuder. qui pro tempore fuerint / teneantur / Et de
beant infra quindecim dies post publicationem / presentis statuti fa
cere fieri / quatuor bussulas / et eligere et nominare / duodecim bo
nos et sufficientes / not. / in ipsa arte expertos / Vid. illos quos in ipsa
arte noverint / meliores et sufficientiores / Et recepto ab ipsis
Notariis / corporali iuramento / de faciendo eorum officium bona fide.
et una cum ipsis duodecim notariis / sic electis ipsi / domini prio
res / teneantur et debeant / videre et legere matriculam / artis notarie
dee civitatis / Et ex contentis / in ipsa / matricula / extrahere / Et
eligere / omnes et singulos / not. dee artis / quos crediderint esse su
fficientes et ydoneos ad iudicatus / officium predictum / gerendum / Et / in
duas / ex ipsis bussulis / mictere noia / dictorum iudicum / singulariter / Et
divisim / in unam Gelfos et in alteram / gebellinos / Et omnes / quos
noverint fore ydoneos et sufficientes / ad notarias / centum solidorum / offitium
exercendi in dicta arte et ipsos mictere / singulariter / et divisim / in
alias duas / ex dictis / bussulis / in unam / Vid. Gelfos et in altera Gebe
llinos / Possint / etiam dicti priores / ponere in dictas / bussulas quos voluerint
mictere pro iudice / sive not. / ut eis / videbitur expedire / Noia et cogno
minibus dictorum / duodecim / not. / electorum / per eos ad predicta / Ita tamen
quod de quolibet / iudice et not. / mictendorum in dictas / bussulas / obtineri
debeat per duas partes / ad scrutinium secretum / vocum / et etiam ad bussu
las et palluctas / Que bussule / cum predictis / noibus / mictantur / in
quadam cassucia / firmata / duabus diversis / clavibus / unam / quarum teneant
dicti dni / priores / et alteram / Cam. / Cois Tuder / Que cassucia tra
datur / conservanda / Camerario / dicto / Et quod singulis / annis de mensibus
martii et setembris / in consilio ipsi dicti cois / extrahantur / de dictis bu
ssulis ubi / sunt / noia / iudicum / Centum / solidorum / duo noia / per eam

alterum / cui dicis fortunatum / unum de bussula / in qua / sunt no
mina iudicum / et alterum de illa / in qua sunt / nomina debentium
notariorum. Et similiter extrahant / sex nomina / notariorum / qui ire debe
ant / ad predicta officia / per sex menses / et dictis bussulis / de dictis
iudicibus et notariis vacuatis / dicte bussule / de dictis iudicibus et notariis
modo predicto / debeant reduplicari / mictendo in qualibet bussula vacuata nomina illius partis de qua prius missa fuerunt [...]

De pena non exigenda a debitore / nisi certa forma servata. xlv.

Item statuimus quod si aliquis promisit aliquod aliquem / facere et non
fecerit / sive / dare et facere / ad certum / tempus / et non / fecit / vel non
dedit quod non / possit / ab eo peti / pena / si parata est / ei dare post
tempus et intelligatur in pecuniariis causis / debitis et contractibus. Sed in
aliis non contractibus et promissionibus aliarum rerum / et operum facta
protestatione primo illi qui promisit ab illo cui promissum fuerit /
opus facere in persona vel ad domum / promictens / teneatur opus quod
promisit infra unum mensem facere post protestationem / sic factam et si
non fecerit / teneatur ad penam quam promisit. Et hoc locum habe
at in questionibus presentibus et futuris / capitulo quarentie
non obstante. Quod contractus facti cum minoribus non valeant
et de pena notarii scribentis. xlvi.

Contractus et distractus cum minore viginti / annorum factus
sine patris / vel curatoris auctoritate et consensu / est ipso iure
nullus / et ex eo nullum ius / fiat / capitulo quarantie / non obstante et
notarius qui talis contractus instrumentum / confecerit / in libris decem
condempnetur et in totidem qui ipso instrumento utetur vel eo pretestu
aliquid petet / Quod prior creditor potior est in iure et quod iudex
appellatione remota / summarie diffiniat controversias creditorum. xlvii.

Si plures creditores eiusdem tituli / vel etiam diversorum / auctoritate
eorum instrumentorum et sive tenutam / rem sive rei tenutam / debi
toris eorum ad presenderint / et de ipsa re seu tenuta apprehensa
esset discussio / inter eos / iudex / coram quo / talis lis / seu contro
versia / verteretur / receptis / instrumentis et iuribus / partium veritate

examinet et declaret / infra tertiam diem / a die petitionis / seu cont
rouersie mote / et quem / inuenerit / potiorem / et potiorem / in iure / pro
nuntiet et declaret / alteri / sub comminatione / pene / centum
centum / perpetuum / silentium / imponendo / Quam penam ad re
quisitionem / ius habentis / contemptori infligat / si rursus de
iure uel de facto / controuersiam iteraret / Et quod declaratum / et pro
nuntiatum / fuerit per / iudicem / robur obtineat / omni in hoc articulo
appellatione remota / Que si interponerentur / huius statuti presumptione
frustratoria censeatur / et eis nullatenus / deferatur / quin immo / in
centum solidis communi / iudex / condempnet / appellans / Ceterum si
secundus creditor desiderat / extimationem fieri / de re uel de rebus
captis per creditorem priorem / extimans forte plus / esse ualere /
quam recepte habeat / potior creditor / debeat / iudex tam potiorem quam
posteriorem creditorem compellere / ad eligendos duos homines
intelligentes / possessores magis prope rei capte / de cuius extimatione ageretur
retur / ita quod quilibet eligat / unum / qui electi / infra secundam
diem / a die electionis / extiment / rem predictam / et extimare cogantur
gantur per iudicem / et si extimatio excedet debitum / potioris creditoris
quod plus esset detur creditori secundo seu potiori / post primum / Et
predicta omnia expediantur / summarie et de plano / sine strepitu et
figura iudicii / etiam feriis solempnibus / non obstantibus / et sine so
lutione salarii / admotis cauillationibus / et subterfugiis / pure
medulla / de rei ueritate / dum taxat inspecta. De instro facto
extra iurisdictionem tuderti et quod exceptio excommunicationis contra notarium opponi non possit. xliiii.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquod instrumentum factum esset extra iuris
dictionem / et districtum tuderti / manu alicuius / notarii alterius
iurisdictionis / inter ciues et comitatenses / illi instrumento fides ad
hibeatur et uim obtineat / ac si factum esset manu alicuius / notarii
de ciuitate tuderti / Et quod contra notarios / curiarum integre de
beant officium et ipsi debeant / fidem adhibere / cum / mo
do tale instrumentum ille qui deposuit / erit publicus notarius / et quod

probetur per inductionem privilegii ipsius notarii vel per publicam fa-
mam, quod sit notarius. ¶ Item quod non possit opponi contra co-
ntractum exceptio excommunicationis contra ipsum notarium vel contra
illum qui concessit ei officium, sed exceptio falsitatis possit
opponi et probari, et iudex de ipsa exceptione congnoscere teneatur,
nisi ipse notarius fuerit tunc officialis communis Tarvisii.

De libellariis. xlviiij.

xlviiij Item statutum quod quicumque petet seu fieri restitutionem posse-
ssionis alicuius terre vel vinee vel rei mobilis eo quod census non
fuerit solutus, non audiatur, et si comandamentum fuerit de
ipsa re restitui debere non audiatur, et possessor ipsius pla-
ret ipsum censum solutum vel offerret se solvere paratum
iuxta mandatum, quod intelligatur in utroque casu. ¶ Et hoc locum
habeat inter cives et comitatenses tantum. ¶ Item quod in-
strumentum concessionis alicuius rei ad libellum valeat et teneat
et firmum et ratum permaneat, non obstante aliqua pre-
scriptione temporis et non obstante eo quod instrumentum careat
iuris solepnitatibus in aliqua parte sui. ¶ Et hoc locum
habeat inter quoscumque possessores dictarum rerum. ¶ Item hoc
capitulum habeat locum in rebus decimarum.

De prescriptione .xxv. annorum et quod in dotibus locum non habeat. P.

-P- Item statutum quod quicumque steterit per viginti quinque annos
quod non petierit pecuniam vel rem sibi datam, quod post dictum
tempus contra debitorem vel eius heredes vel eius bona nihil petere
possit, set sibi agenti via lapsu temporis viginti quinque annorum
penitus sit preclusa, nisi infra dictum tempus lite moverit
debitori vel patrem vel maritum dotis recepit, aut de-
bitor de parte sua infra dictum tempus suo satisfecerit credi-
tori. ¶ Et predicta locum habeant in preteritis et futuris, non
obstante capitulo guarentie aut aliquo iure canonico
vel civili. ¶ Quibus omnibus et singulis communi utilitate [et]

nsata uolumus presens capitulum derogare. ¶ Et presens ca
pitulum locum nõ habeat in ciuibus et iustitiis dotalibus.

De debitore p malefitio citato n̄ cogendo p debito. — lj.

Item statuim̃ q̄ si aliquis fuerit citatus quod ueniat
ad excusandũ se de aliquo malleficio de quo eet accusat
ul fieret inquisitio contra eum q̄ detineri nõ possit
pro aliquo debito, dum modo pro dicto malleficio in palatio
uel carcere detineretur, nec etiã infra tertiam diẽ post
quã sibi fuerit licentia redeundi. et intelligatur statim ha
bere licentiã quã dederit fideiussores uel decesserint de
palatio capitulo aliquo non obstante.

Q̃ quilibet artifex possit uenire, h̃itare et stare in ciuitate tudertina. — lij.

Item statuim̃ et ordinam̃ q̄ quicumq; forensis artifex lanaiolus
mercator, faber ac etiã iudex et alij artifices, uoluerint
uenire ad ciuitatẽ tuderti et stare et habitare infra tertia tu
dertina et suã artem lane mercatie et fabricã et iudices aduoca
tiones facẽ possint capitulo aliquo supra et infra scripto in aliquo
nõ obstante, nec reformatione aliqua ul ordinamento q̄ in con
trarium loqueret. Ita tamen q̄ nõ possint, nec debeant comedẽ
nec bibere cum officialibus forensibus sub pena xxv libr.

De denarijs mutuatis p iudeos. — 2 liij.

Item statuim̃ q̄ omnes denarij quos iudei comuni tuderti ul
alie psone pro comuni tuderti mutuauerint sint et stare
intelligant p tempore preterito et futuro ad duos denarios p libra
dum modo, ipsi duo denarij p libram nõ excedant nec excedere
possint quantitatem contentã in pruinus [illegible] debitorum, et quod
in dicta quantitate discomputentur omnes denarij quos
hucusq; perceperint ad racionem de datis ul alia quacumq;
causa. ¶ Et hoc locum habeat ad uoluntatem domini ciuita.

De terminis dandis in questionibus. — liiij.

[library stamp]

Item statutum est quod in omnibus causis, ubi de calupnia iuratur
detur terminus per iudicem, coram quo fuerit ipsa questio quindecim
dierum utilium et perhentorie, in questionibus criminalibus
detur terminus ad probandum viginti dierum continuorum et perhem
torie, et si non daret, habeat pro dato actori, et reo, sine
iuramenti calupnie prestatione et non possit tamen, dictus ter
minus nisi de voluntate partium exceptis casis extromissioni
tonite et causis in quibus de calupnia non iuratur in quibus
detur terminus arbitrio iudicis, vel nisi reus in criminali
fuerit, vel alium confessus sponte.

Quod stetur et credatur scripturis mercatorum et campsorum usque in centum solidos. R.

Item statutum quod scripturis librorum mercatorum et campsorum
continue in civitate tiburti, mercaturam vel campsuram
exercentium cum sacramento suo, eorum discipulorum stetur et
credatur et fides plenarie habeatur dicte scripture, usque in ista
quantitate centum solidorum et si non habuerit, ipse mercator ali
quem discipulum. Et si aliquis mercator alterius iurisdictionis ab
aliquo mercatore civitatis tiburti et comitatus, occasione merca
ture, aliquam quantitatem, petunt, dicat se recipere debere
de qua quantitate appareat in scriptis vel non appareat, predictus
mercator, de civitate vel comitatu tiburti, dicet se velle, de
solutione dicti debiti stare libro apotheche mercatoris forensis
talis mercator forensis librum seu scripturam, predicta so
lutionis predicte ostendere teneatur cum scripture et libro
predictus mercator de tiburto, stare debeat et in predicto
libro seu scriptura dicti mercatoris forensis appareat, actione
dicti debiti credatur et stetur libro mercatoris civitatis vel comitatus tiburti
dummodo quantitas predicta non excedat quantitatem superius dictam
et si plenius [illegible] invenietur in alio capitulo contrarium [illegible] vel exceptiones
contrarium [illegible] non fiat contra [illegible] quantitatem supradictam

et iudex qui executionem faciet ipsam quantitatem debiti dicti te
neatur / et debeat / poni facere / apud aliquem mercatorem et
per eum teneri donec / veritas fuerit / congnita de predictis / et
conscriptis mercatorum / vel aliorum / ipsorum / qui sint mercatores / quorum con
scriptis fides / habeatur / usque ad quantitatem / centum soldorum /
ac si appareret / preceptum guarentigie / sine aliquo / iuramento
calumpnie faciendo. super petitione / porrecta / et porrigentium per
talem mercatorem.

Quod mulieri pro dote non opponatur / exceptio mobilis / non assingnati. R.

Item statuimus et ordinamus quod si aliqua mulier / soluto matrimo
nio / dotem / suam / ad mobilem comunis (?) / non assingnauit
que esset / petierit restitutionem / quod / non / possit / ei opponi
exceptio mobilis / non assingnati / et si opponeretur / opponens non
audiatur / ipsa oppositione / non obstante. Et instrumentum / dotale
debeat / executioni mandari per iudicem curie / et non / obstante
aliquo capitulo / seu reformatione / vel ordinamento / quod in contra
rium loqueretur /

Qualiter mulieres contrahere possint. 2 R.

Item statuimus / quod nulla mulier virum habens / possit
contrahere / vel distrahere / aut testari / aut aliquam
donationem / causa mortis vel / inter vivos seu ultimam
voluntatem / facere sine presentia viri sui / et patris / et fra
trum carnalium / et filiorum / maiorum / quatuordecim / annis
si predictos / habeat / si vero patrem vel fratres carnales non
haberet / sine presentia / duorum consanguineorum habitantium
in civitate / vel comitatu / Tuderti / proximiorum / simul cum
marito / et filiis eiusdem / et si maritum non haberet
sine presentia filiorum maiorum quatuordecim annis et si maritum vel
filios non haberet sine presentia patris / et si patrem non haberet sine
presentia fratrum carnalium et si predictos vel aliquem predictorum non
haberet sine presentia duorum duorum consanguineorum proximiorum et si aliter factum non valeat nec

tenebat ipso iure / Declarantes quod ubicumque hoc capitulum loquitur
de consanguineis / intelligatur / de proximioribus consanguineis
ex linea paterna / usque in tertium gradum / si ex linea paterna
ipsos habuerit / Si vero ex linea paterna / mulier / ipsos consan-
guineos non habuerit / intelligatur de / consanguineis / ex linea
materna / usque in tertium gradum inclusive casu / gradus / secundum
ius canonicum / computando / Si vero talis mulier / bis divisis
diebus / quod prenominatos hay / citari fecerit / predictos / quorum presentia / re-
quiritur / ut supra / distinctum est / de mandato alicuius / iudicis
civitatis / comunis Tuderti / personaliter vel ad domum / sue habitationis
si in civitate / vel comitatu / Tuderti habitaverint / vel / si aliquem
ex predictis / supra declaratis / talis mulier / non haberet / in ci-
vitate vel comitatu Tuderti / possit et sibi liceat contrahere et
distrahere et testari / prout alias / permictitur / a iure / comuni
et alio statuto comunis Tuderti / Et quod dictum est de presentia quorum
presentia requiritur / non habeat locum in religiosis / vel feminis
set sine presentia vel requisitione eorum consanguineorum / qui re-
ligiosi / vel femine essent / possit contrahere / distrahere / et
testari / et qualibet aliam ultimam voluntatem facere / Liceat tamen
cuilibet mulieri / sine alicuius presentia / in ultima voluntate pro
anima sua / ad pias causas usque ad viginti quinque libras denariorum relinquere
omnibus relictis cumulatis / Et obligare et obligari se possint sine
publico instrumento / mulieres infrascripte usque in viginti quinque libras denariorum
sine presentia / seu requisitione alicuius / predictorum / Videlicet illa
mulier / que / exerceat artem / texendi / pannos / vendendi seu
lavandi / panisfacule / treccole / et aliis similibus / in ipsis ar-
tibus / et ministeriis / et accessoriis ipsarum artium / vel alicuius earum
et non aliter / Liceat tamen / mulieribus / constituere procuratorem / et
actorem ad lites / et etiam / [illegible] prout eis placuerit / non obstante
quod predicti requisiti non essent / vel non essent presentes / Et /
magnus et potes in aliqa matricula artis scriptus publice et coti

lxxxvij

(exerceat) in dicta matricula scriptus erit. Et si non exercet dictam artem nunc prout tempore quo scriptus fuit dictum est pro non scripto in dicta matricula habeatur.

De non exercentibus jurisdictionem vel offitium in civitate vel comitatu tuderti et litem aliquam contra in palatijs agitantibus. lxxxvij.

Omnes cause, lites, controversie et questiones, quecumque fuerint, tam civiles quam criminales, inter homines et personas civitatis et comitatus tuderti in ipsa civitate tantum, et potestatis et civitatis tuderti in ipsa civitate tantum et potestates et communis tuderti debeant cognosci et terminari. Nullus vero cuiuscumque conditionis existat, audeat aliqua questionem litem vel causam seu quo vis aliam controversiam cognoscendam vel terminandam suscipere aut vis aliquam vendere, aut capetanariam seu castellanariam, vel aliquod offitium vel baliam in civitate vel comitatu tuderti recipere, vel in dicta civitate vel comitatu jurisdictione aliqua vel offitium exercere, nisi predicta vel aliquod predictorum fuerit de voluntate et expressa licentia communis tuderti, et qui contrafecerit in libris mille cortonensium puniatur. Et nulla universitas alicuius castri vel ville nec aliqua spetialis persona audeat vel presumat aliquem rectorem, judicem, capitaneum seu castellanum vel sindicum seu aliquem alium offitialem eligere seu recipere sine dicti communis licentia et consensu. Et universitas castri contrafaciens in libris quingentis, et universitas ville in libris ducentis, et spetialis persona in libris quinquaginta cortonensium puniatur. Et electio fiet per talem electum contra predictam formam sit ipso jure nullum et nullius valoris nec roboris habeat firmitatem. Et nulla spetialis persona, coram tali qui se in aliquibus litibus vel causis contra predictam formam presumeret intromictere, aliqua universitas etiam alicuius castri vel ville comitatus tuderti audeat litigare vel questionem movere nec etiam respondere vel jura sua ostendere, aut ei tamquam cognitori in aliquo obedire aut quomodolibet obedire, et qui contrafecerit si fuerit universitas alicuius castri comitatus tuderti in libris quingentis, et universitas ville in libris ducentis et spetialis persona in libris quinquaginta cortonensium puniatur vice qualibet. Et potestas et capitaneus et quilibet eorum mense quolibet eorum regiminis teneatur de predictis omnibus

et singulis in ipse solicitate et culpabiles puniri teneantur sub
mullo iur et ad penam quinquaginta librarum den. coton. de suo salario
Com. Tuderti solvenda. Hoc tamen declarato quod predicta non intelligatur
de hiis qui pro aliquas speciales personas quorum litem in ea cum Civiliter q
li eligerint arbitrum vel arbitratores seu amicabiles compositores, quod
offitium seu ministerium possit electus impune suscipere et
impunes sit in eo casu etiam eligentes ac etiam litigantes. Nec
etiam intelligatur in advocatis et iurisperitis vel notariis qui
in palatiis Com. Tuderti coram offitialibus dicti Com. et in curia
domini episcopi patrocinia prestarent vel procurationes exercerent pro tali uni
versitate seu speciali persona. Et quelibet universitas alicuius castri vel
ville que teneret aliquam navim seu barcham tenere vel habere
in aliquo portu Tiberis. Possit libere et impune creare et
habere syndicum etiam de Civitate pro sua utilitate. Possit etiam quelibet
universitas habere et creare unum et plures syndicos ex massa
riis prout [illegible] castri vel ville ad veniendum [illegible] potestatis
seu capitanei vel cuiuslibet alterius offitialis forensis Com. predicti
et ad comparendum [illegible] et ad [illegible] et negotia sue
communitatis et omnia alia que [illegible] forma statutorum.

Ut fiat liber in quo scribantur nobiles et potentes de comitatu
et de modo satisdandi per eos. LXXXVIII.

Item statuimus et ordinamus ut contenta in capitulo proximo precedenti et
alia que continentur in capitulis huius statuti tangentibus libertatem et
iurisdictionem Com. et populi Civitatis Tuderti plenius exequantur
quod domini potestates ipsi qui pro tempore fuerint teneantur et debeant in
calendis [illegible] facere fieri quemdam librum in quo appareant nobi
les magnates et potentes de comitatu Tuderti et quod dominus
capitaneus ipse qui modo est et pro tempore fuerit teneatur et debeat
principio sui regiminis coram se facere comparere omnes et singulos no
biles magnates et potentes predictos in dicto libro scriptos ut

Coram ipso domino Capitaneo debeant prestare et ab eis et quolibet ipsorum
promissione recipere ac fideiussores ydoneos de Civitate tuderti,
de stando et parendo mandatis ipsius domini Capitanei et Consilii tuderti, et quod
ipsi vel aliquis ipsorum non faciant nec fieri faciant aliquid contra formam
dicti capituli proxime precedentis et quod non receptabunt, nec receptari
facient aliquem exbannitum vel condempnatum Comunis tuderti, sed gene-
raliter et specialiter attendent facient et observabunt omnia et singula que
attendere et facere et observare tenentur ex forma cuiuslibet capitulorum
huius statuti et cuiuslibet reformationis et ordinamenti dicti Consilii sub
pena et ad penam duo millia librarum cortonensium pro quolibet. Et minus
secundum qualitatem persone et conditionem et potentiam talis nobilis et
magnatis. Et quod ipsi facient et curabunt ita et taliter quod in eorum
Castris fortellitiis et locis et quod ipsorum familiares et vassallos
non receptabunt aliquem exbannitum vel condempnatum dicti Comunis. Et
quod facient attendent et observabunt omnia et singula in dicto capitulo
capituli contenta, et que facere attendere et observare tenentur ex for-
ma quorumlibet statutorum et ordinamentorum et reformationum dicti Comunis
factorum et que in futurum fierent.

Qualiter fiat liber dividens magnates Civitatis et Comitatus tuderti
a popularibus — lxxxviii

C. lxxxviii Item statuimus quod dicti domini priores teneantur et debeant una cum consu-
libus artium qui interesse debent electioni dominorum priorum Civitatis tuderti,
et ipsi consules una cum dictis dominis prioribus in quodam alio libro scribi
facere omnes et singulos magnates et potentes de Civitate et de
comitatu tuderti de quibus eis videbitur convenire, et quos tangere
possent capitula huius statuti in hiis casibus in quibus esset aliquod
preiudicium contra magnates, et per que appareret differentia et
distinctio inter magnates et populares, vel per que magnates
et potentes deberent gravari in maleficiis et delictis per eos commissis
vel committendis condempnari in maiori pena quam deberent condempnari

populares si committeret ipsa malla et delicta. Et omnes et singuli
qui scribent in dicto libro sint et habeantur pro potentibus et magnatibus et omnes
et singuli alii de Civitate et comitatu Tuderti sint et habeantur
pro popularibus

De pena portantis arma et notificatione forensibus per hospites
facienda et in quibus casibus forenses non puniantur — lxxx

Nullus tudertinus vel comitatensis cuiuscumque status et conditionis existat audeat vel presumat aliquo modo cum galerio vel sine per Civitatem vel comitatum sive districtum Tuderti portare aliquem gladium feritorium nec aliquem stocchettum seu quatrellettum contrafacientes in viginti quinque libris denariorum cortonensium et in perdictione ipsius gladii stocchetti vel quatrelletti vice qualibet condempnetur. Siquis vero tudertinus vel comitatensis cuiuscumque status et conditionis existat cum galerio vel sine portaret per Civitatem vel comitatum Tuderti aliquam bocchaccieriam/ plomaiolam aliquam vel scrocchiam seu scrapitham et hiis similia contrafacientes in quinquaginta libris denariorum et in perdictione dictorum armorum quod portaverit vice qualibet puniatur. Item nullus tudertinus vel comitatensis in Civitate vel comitatu et districtu Tuderti presumat aliqua alia arma offendibilia vel defendibilia portare nisi cum galerio palam pendente ad spatulas seu ad collum sive in capite sive in manibus seu quomodocumque alio modo palam portaverit eundo et redeundo a Civitate in comitatum vel de comitatu in Civitate non stando set eundo. Et qui aliter portaverit seu contra predictam formam portaverit pro qualibet spetie armorum offendibilium in solidis centum cortonensium puniatur. Et pro qualibet spetie armorum defendibilium in soldis quadraginta cortonensium puniatur. Et si forensis erit qui dicta arma vel aliquod dictorum portaret puniatur in dupla pena predicta. Et ne ignorantiam pretendere possint forenses teneantur hospitatores cum quibus vel in quorum hospitiis hospitantur eis denumptiare ne dicta arma portent sed ea dimictant in hospitio

Et hospitato q̄ p̄dca nō s̄vaūit p̄dca nō s̄uauit dūm tamen
de suo p̄pō et aliis forēse fosīe teneat de cui dō ut inhibitōe
fouēsi talite s̄ta stet sacramēto dcī hospitatoris / Offitiales
suo forenses et eorum famuli et familiares impune quecumque arma
portare possint / Et teneat potas et capitan et q̄libet eorum
sepe sepius salte qualibet die semel mutere suam familiā
ēxmado p̄pdcis armis / De quorum armorum inuetione fuga ul'
oteptione stetur et credat dcō et relatiom p̄dcor berrouarios
seu familiarios p̄dcorum potis et capitan ul' alterius eorum / tm̄
ul' quorum dcūm et relatio ī p̄dcis sit sufficiens et plena p̄batio
Et quilibet etiā p̄mittat se pariter ēxmari berrouariis ul' fa
miliaris p̄dcis et cuilibet eorum / Et nullus aufugiat quando si
bi dcūm fuerit p̄ berrouarios uade plane q̄ nō discedat de loco
et etiā nullus ipsis berrouariis seu familiaribus resistat maliciose
qui nō ōtra p̄dca ul' aliquod p̄dcorum fecerit / Cessat et hēat ac si
arma omnia offendibilia et defendibilia portasset et ita debeat
p̄ talem rectorem p̄cedentem ōdēpnari / Possit q̄libet uista
cum iumentis suis et sibi liceat portare arma defendibilia
tantum p̄ ciuitate et districtum tudertinum cum apodixa et licentia
dūi potatis ul' capitan sua p̄rius facte de iumentis et datis
fideiussoribus ydoneis de soluere qui pnatis de eo fuerit p̄
malleficio quod ōmiserit / Quibus p̄uatis teneat potas ul' capitan
cui petita fuerit tali petenti licentiam dare ad penam uigintiquinque
librarum / Et si potas ul' capitan sua familiam ad aliquam
domum ul' locum mittet p̄ ēxmando p̄ armis / aut si separatim ōtingat
esse ibi / nullus debeat introytum loci ul' domus ōtepdere / Et q̄
ōtrafecerit in libris / Centum ceton puniat / Exceptata sua decla
ratione ḡplicat cuilibet alicui quelibet potatem p̄ comitatu
ul' districtum tudertinum / aliquem gradum seritorum / scotherium siue
quatrellettum / bombitemem / plōmaiola / derecchia / sera ...

vel hiis similia. ¶ Volumus insuper et etiam declaramus quod non intelligatur portare arma offendibilia vel defendibilia nec exinde puniri possit aliquis magister lignaminis qui portaret acceptam vel aliud ferrum actum ad laborandum lignamen extra et intra civitatem et comitatum Tuderti. ¶ Item etiam intelligatur portare arma defendibilia vel offendibilia, nec exinde puniri possit, quicumque de civitate vel comitatu Tuderti in civitate et per comitatum ipsius civitatis portaret acceptam, ronchonem, zappam, bidente, sagam palam, vel aliud ferrum actum ad laborandum terram seu ad incidendum ligna. ¶ Volumus etiam declarantes quod ubi hoc capitulum loquitur de forensibus, locum habeat in forensibus habitantibus in civitate vel comitatu Tuderti, et non in forensibus dum venirent ex comitatu usque ad portam et dum rediret a dicta porta usque ad exitum comitatus qui recto tramite de portatione armorum ad latus in quo casu talis forensis puniri non possit. ¶ Item quod nullus portet cultellum affectapanem, pizutum sive puntutum maiorem una spanna cum manica ad spannam hominis. Contrafaciens puniatur vice qualibet in viginti solidis denariorum coton.

De pena lusorum, vendentium, mutuantium ad ipsum, et scienter recipientium in suam domum ratione ludi. lxxxxj

Item statuimus quod nullus ludat ad aliquem ludum taxillorum in domo vel alio loco. Et qui contrafecerit si de die in vigintiquinque libris, si de nocte in quinquaginta libris coton puniatur. Et similiter puniatur ille qui habitaverit domum et ipsa domus disscoperta stare debeat per tres menses incipiendo a die condempnationis ipsius ludi. ¶ Item nullus ludat nec ludere possit ad aleas in taberna, nec in domo in qua vendatur vinum, nec circa ipsam domum nec alibi. Et qui contrafecerit si de die in quadraginta soldis, si de nocte in centum soldis coton puniatur. Possit tamen quilibet ad aleas impune ludere in plateis civitatis in strratis publicis et potius

aptis in quibus locis possit ludi ad alias sine pena et cancellos ubi
cumque. Et de hiis omnibus potestas et Capitaneus teneatur facere in-
quisitionem qualibet mense et punire culpabiles ut dictum est.
Item si aliquis luserit cum aliquo ad ludum taxillorum et ille
teneatur coram potestate vel capitaneo vel coram aut alterius coram eu
ria et dixerit se fecisse aliquod instrumentum tali cuique lusit occasione
ludi vel aliquod depositum promissionem vel obligationem / potestas vel Capi
taneus teneatur facere cancellari tale instrumentum seu promissionem vel
obligationem et restitui depositum si probatum fuerit per unum testem
de veritate et tres de publica fama. Item nec non talem recipi
entem instrumentum vel promissionem vel depositum condepnare de ludo
Et quam auctorem seu remittentem condictis ludum pena occasione dicti ludi
modo aliquo puniri non possit. / Item quicumque fuerit presens et ste
terit ad videndum aliquem ludum taxillorum prohibitum ex
forma statutorum puniatur in medietate pene ei qua veniret pu
niendus talis lusor. Salvo quod si aliquis esset productus vel vocatus
in testem super aliqua accusatione vel inquisitione ludi et dixerit
se vidisse talem ludentem ad ludum taxillorum / seu tale vidisse
ad videndum ipsum ludum et presente fuisse quod in hoc casu de tali
visu et presentia talis testis condepnari non possit nec etiam cum predi
et ad penam aliquam non teneatur. Item teneatur potestas omni mense
sui regiminis facere eligi per consilium generale communis tudertini duos homines de
qualibet parrochia qui assignent ipsi potestati et etiam capitaneo
omnes ludentes ad ludum taxillorum et mutuantes ad ipsum ludum
Et ipsis habitis teneatur et debeat ipse potestas vel capitaneus cuilibet notario
de rumptiare et precipere seu precipi facere quod nullus scribat vel
faciat aliquem contractum vel aliquam promissionem vel aliquam promis
sionem vel obligationem talium ludentium seu mutuantium nec aliquem
contractum alicuius filii familias si non faceret tale contractum vel ob
ligationem cum consensu sui patris vel curatoris si habet et de

Aliqui sine consensu

IIII VI.

aliis sine consensu [duorum] proximiorum consanguineorum talis uolentis contractum uel ob
ligationem facere ex parte patris actinentium et bene facientium eorum
facta et si aliter fieret contractus uel obligatio non valeat sed sit
ipso iure nullus et nullius ualoris et non fiat ius de ipso contrac
tu uel obligatione Et nichilominus notarius contrafaciens puniatur in libris
Quinquaginta denariorum prout talem contractum uel promissione fecerit et
occasione ludi modo predicto uel alio magis legiptimo ¶ Item possit potestas
et Capitaneus et quilibet eorum confinare et ad confinia ponere et
mictere ludentes et ad ludum mutuantes et retinentes tabulerium seu locum aptum ad ludum, Et si aliquis mutuauerit denarios seu
[tabulerium] uel taxillos seu locum uel in domo sua uel loco retinuerit
in quolibet casu puniatur ac si luxisset ¶ Item omne id quod continetur
in presenti capitulo de contractu luxoris habeat locum etiam et intelligatur
in illo et de illo qui contractum fecisset cum aliquo qui pecuniam
acquisitam dedisset seu mutuasset luxori uel alii ei mandante uel quod ipsi
ludo prestitisset auxilium uel fauorem et quod dicitur de contractu et
promissione intelligatur etiam de pignoribus Et sic in omnibus predictis
casibus et quolibet seu aliquo eorum teneatur Potestas uel Capitaneus
habita probatione ut dictum est facere talem contractum promissionem
uel obligationem cassari et pignora seu depositum restitui ad pe
titionem talis luxoris uel qui luxisse diceretur ac etiam ad petitionem
sui proximioris consanguinei absque alia solutione facienda ¶ Et predicta
teneantur potestas et Capitaneus et quilibet eorum ad petitionem illius
talis qui diceretur luxisse uel talis sui consanguinei qui fecisset
cancellari talem contractum promissionem uel obligationem aut pignora
uel depositum restitui cogere talem qui receperit instrumentum depositum
uel pignora ad dandum sibi fideiussores de non offendendo ipsum talem qui fecerit
fecisset cassari instrumentum uel obligationem seu pignora uel deposita
[eundem] restitui nec offendi faciendo in persona uel rebus Et predicta possint
predicti potestas et Capitaneus et quilibet eorum confinare tales
ludentes seu ad ludum aliquos occasione ipsius ludi mutuantes et reti

natores in aliqua sua domo vel loco et etiam contra predictum facientes
tales contractus habitis inditiis per publicam famam vel per unum
testem de veritate et possit predictos culpabiles condempnare ut dictum
est ac eos et quemlibet eorum confinare ut sibi placuerit et videbitur
aliquo capitulo non obstante. Item quod nullus in civitate vel comitatu
dudum possit vel debeat tenere vel teneri apud se vel in aliqua sua
domo vel apotecha vel aliquo alio loco publice vel occulte aliquod
tassillum ad penam centum soldorum et quilibet possit talem tenentem
vel [illegible] accusare et habeat medietatem banni. Et familiares dominorum
potestatis et capitanei possint [illegible] loca et domos et appo-
techas pro predictis taxillis et stetur relationi cuiuslibet eorum et habeatur
pro plena probatione. Item teneatur potestas et capitaneus et quilibet
eorum facere destrui domum in qua retinentur ludus nec non de-
ea destruere duas partes et hoc intelligatur si dominus domus faciet in ipsa
domo ludum retineri alias non. Et si quis domum sua alicui ad pen-
sione vel alio modo locaverit et in ipsa retinetur ludus tunc
non destruatur domus nec dominus domus in aliquo puniatur sed talis conductor
in quinquaginta libris ceterorum puniatur. Et teneatur predictus potestas et
capitaneus et quilibet eorum eligere secrete unum alios duos ex eorum fa-
miliaris et aliquem eorum et facere iurare et eos deputare ad [illegible]
dum et [illegible] de ludo tassillorum et quod ipsi duos [illegible]
[illegible] predicti dominus fuerit [illegible] de
ipso ludo et contra ipsum ludum contra omnes et singulos ludentes vel
retinentes et mutuantes fit et habeatur [illegible] et relatio eorum pro
plena probatione. Et hoc capitulum sit precisum in qualibet par-
te et tolli vel mutari non possit aliquo consilio vel arenga et omne
statutum sibi contrarium habeatur pro casso et irrito et nullius valoris
seu efficatie.

LXXXVI De pena [illegible] i festo nativitatis [illegible] vigilia [illegible] die sequenti.

Item statuimus et ordinamus quod nullus in vigilia et festo nativitatis

dni nri Jhu xpi et nocte media int vigilia et festu et nocte
et die sequenti ipm festu natiuitatis ludent ad aliquem ludu vetitu
ex forma statuti contrafaciens puniat in duplu pene contente in statuto
predicto loquente de presenti materia et qui venerit aliis tempibus puniri
debeat et qd potestas et capitaneus et quilibet rector civitatis tuderti teneatur et
debeat facere bannum duobus diebus ante diem festi natiuitatis ad
duas tubas et teneatur continue de die et nocte facere cercam
pro contrafacientibus et ipsos de facto punire absque aliqua figura vel processu.
et sindici comunis teneantur ludentes dictis tempibus denumptiare sicut
alia malefitia pena in statuto contenta et predicta locum habeant in palatijs et
ubique.

De pena offendentis petentem cassationem instrumenti facti cum ludi. Lxxxxvj.

Item statuimus et ordinamus qd si quis offenderit vel offendi fecerit aliquem
qui petierit cassationem fieri de aliquo contractu seu pignore vel
deposito dato seu facto causa ludi vel restitutionem ipsius seu qui fassus
fuerit talis contractus ab alio qui diceret lusisse seu ipsa pignora
data vel depositum fuisse ipsa ludi causa seu offenderit vel
offendi fecerit persona sibi obligata principaliter vel fideiussorio nomine
aut aliqua persona eius aut aliqui consanguineum usque ad tertium
gradum puniatur in duplo pene contente in statuto pro tali offensa
et si inter ipsum offensorem et personam offensam nulla precesserit inimicitie
credatur posse presumi qd talis offensa fieret qd contra talem offendentem
sit plena probatio fama publica vel dictum unius testis de credulitate
qd propterea fuerit offensa ipsa de causa et similem penam patiatur
quicumque associaverit seu prestiterit auxilium consilium vel favorem
tali offendenti.

Quod non possit renumptiari instrumento facto causa ludi. Lxxxxvij.

Item statuimus et ordinamus qd capitulis que loquuntur de ludo paciscentes
contrahentes non possit per pactum renumptiari nec per iuramentum vel alio quocumque
modo vel causa et si renumptiaverit non valeat sed teneat talis

Renuntiatio sed habeatur ac si non esset renuntiatum vel iniunctum

Quod requiratur dominus episcopus ut excommunicet tenentes ludos, et non revelantes, iuxta ludi

lxxxv Item statuimus quod per potestatem et consilium civitatis Tuderti seu aliquos bonos in LXXXV.
viros nomine dicti consilii cum ipso domino potestate requiratur dominus episcopus Tudertinus ex parte dicti communis
quod gratia et amore civitatis Tuderti dignetur et sibi placeat facere publicam
excommunicationem prout sue paternitati videbitur contra retinentes ludum
in eorum domibus et alibi. Et contra notos qui iuxta et bostulus per
missione qua noverint esse de ludo et ordine ludi scienter contra
omnes de illa domo in qua fuerit ludus qui fuerit et non denuntia
verint officialibus civitatis Tuderti infra certum diem eis dicendum sive statutum et ipsam
excommunicationem notificare debeat in ecclesiis cathedralis et aliis ecclesiis
suis ecclesiasticis notificari mandet

De non faciendo inquisitionem ultimis quindecim diebus de potestate LXXXVI.

lxxxvi Item statuimus et ordinamus quod potestas et capitaneus ultimis quindecim diebus non possit
nec aliquis eorum possit in exitu sui officii facere inquisitionem privatam de
ultra xv diebus ludentibus seu mutuantibus ad ludum seu ludum retinentibus nisi
publice dixerit talis potestas vel capitaneus precedens et manifesta
verit tale inquisitionem in consilio generali dicendo contra quem procedit ex tali
causa et si aliter ipsa inquisitio fieret non valeat. Et successori
eius possit et debeat nova formare inquisitionem et facere

De pena officialis committentis in fraude et quod damnum acceptum possit impune repetere ab eo

lxxxvii Quilibet officialis civitatis Tuderti teneatur suum officium bene pure LXXXVII.
et legaliter exercere et nulla fraude committere in ipso officio vel
contra suum iuramentum. Qui non contrafecerit in libris viginti quinque denariorum
puniatur. Et nichilominus si comune vel specialem personam defrau
daverit vel illicitum contra statutum receperit puniatur etiam ultra
dictam penam ad restitutionem dupli ei quod comuni vel speciali persone de
fraudaverit seu receperit salvis aliis capitulis constitutis specia
liter de tali materia loquentibus et eadem pena puniatur convictus de corruptione
officialium. Providentes quod liceat cuilibet qui dederit aliqui

acceptum aliquem offitialem offitialis forensis, possit ab ipso officiali quod
quod ei dederit pro accepto tempore syndicatus officialibus predictis et nichilo-
minus, cum aliquis de receptione ipsius accepti et datione ipsius accepti
aliquando voluerit manifestare et in quolibet dictorum casuum talis
qui acceptum dederit sit impunis. De pena euntis post ter-
tium sonum campane et qui possint impune ire. Lxxxviii.

Lxxxviii.

Item nullus audeat per civitatem Tuderti burgos vel suburgos post tertium
sonum campane qui pulsatur de nocte sine licentia potestatis vel capi-
tanei sine lumine. Ire qui autem contrafecerit sine armis in viginti solidis puniatur / et si cum armis in quatraginta solidis puniatur
et nichilominus puniatur de portatione armorum in penis statutis contentis. Possint tamen fornarii et eorum nuntii vel famuli vel alii de sua familia libe-
re de nocte sine pena. Item si quis inventus fuerit de nocte qui iret (vel aliquis prope pedes parietum)
ad criptam domus sue et rediret in domum ab ipsa cripta non puniatur
in aliquo. Item si quis haberet plures domos que distinet una ab alia per alias
domos et iret de una ad aliam non puniatur in aliquo. Item quod medici
et spetiales, sacerdotes, notarii et testes invocati et vocati ad testimonium
eunde et redeunde et nuptii, infirmorum et marescalchi qui iret ad aliquem equum egrotum ire
qui duceret. Equum egrotum equum acommodatum. Item hospites qui haberent domicellu-
tiasque parte vie et sui familiares et qui duxerit bestias cum salmis
oneratas predicti et cives predicti possint et possit in quolibet dictorum casuum
ire de nocte post tertium sonum campane sine pena et etiam sine lumine.
Item mutatores et furnarii qui irent vel venirent vel redirent, et pantarellarii mo-
tus vel domine vidue. Item magistri et discipuli predictorum artium possint de nocte
ire cum lumine et cum licentia potestatis vel capitanei, quia dari teneatur
quilibet cum viderint non maliciosam petitam. Item liceat
cuilibet ire de nocte sine pena quando iret pro aliquo necessario ad
domos alicuius et accederet ad domum inquantum iacet talis motivus et in-
veniret homines quoscumque ut vadat ad fur...

De pena facientis falso contra istam formam. Lxxxviiii.

Item statuimus quod nullus de civitate vel comitatu dicto vel aliunde...

audeat vel presumat de aliquibus novitatibus consuetudinibus seu de aventuali
aut domini vel baronis spiritualis vel temporalis vel etiam alicuius communitatis
vel specialis persone in civitate vel comitatu Tuderti facere aliquod falo
seu ignem vel aliquod signum gaudii nec armare currere vel bubulare
nec pedes vel eques nec aliquid aliud facere tenere vel dicere propter quod
possit aliquod murmurium in civitate Tuderti oriri et qui contrafecerit in decem libras pu
niatur. Et potestas teneatur facere bandiri per civitatem Tuderti in locis consuetis. Possit tamen
quilibet facere falo et gaudium ostendere quando fuerit falo super palatio
communis Tuderti more consueto potestas aut quando lanciaretur ex parte potestatis vel capitanei. — bannum

De pena intromittentis se pro Capitaneo partis tenentis sigillum et se adunantis vel accedentis ad eius petitionem. C

Illud collegium dominum illorum quod non obstet predicti appellationi de novo statuimus
et ordinamus quod nulla persona cuiuscumque status et conditionis existat in civitate
vel comitatu Tuderti se gerat pro capitaneo alicuius partis Gelfe vel Gebelline ad
penam pro qualibet vice qua se pro capitaneo gesserit quingentas libras. Nullus
etiam ad petitionem talis capitanei se adunet in aliqua ecclesia seu loco alio ad
penam pro quolibet vice et pro quolibet viginti quinque libras cortonensium. Et quod
potestas teneatur et capitaneus cum consilio tenetur et debeat inquirere et quolibet mense
inquirere ad petitionem cuiuslibet petentis et inceptos culpabiles punire ut
dictum est. Et nullus etiam scribat aliquas litteras pro parte alicuius capitanei
ad penam viginti quinque librarum cortonensium pro quolibet et qualibet vice. Item

nullus audeat vel presumat tenere penes aliquod sigillum alicuius partis Gel
fe vel Gebelline contrafacientes in quinquaginta libris pro qualibet vice puniantur et
quod nullus aurifex audeat vel presumat facere aliquod sigillum alicuius partis
Gelfe vel Gebelline contrafaciens in centum libris cortonensium pro qualibet vice puniatur
et potestas teneatur primo mense regiminis cuiuslibet rectoris civitatis Tuderti.

De pena facientis aliquem rumorem. C I

Item statuimus quod nullus rumorem faciat in civitate vel comitatu Tuderti gridando
ad arma ad arma moriatur vel vivat Gelfi vel Gebellini vel aliquas suspitiones
vel seditiones incitet in civitate vel comitatu Tuderti. Et qui contrafecerit in aliquo predictorum
a decem libris usque in centum libris secundum qualitatem personarum et conditiones facti

mee quilibet puniatur. Et si non ex tali rumore clamore suspitione vel seditione status pacificus dicte civitatis seu comitatus turbaretur seu lederetur seu turbari posset vel ledi quod tunc eo casu puniatur realiter et personaliter secundum formam statuti loquentis de dicta materia. Et ubi statutum non loquitur possit et debeat puniri et condempnari arbitrio iudicantis realiter et personaliter inspecta conditione persone facti loci et temporis qualitate. Item nullus possit dicere vel exclamare quod vivat vel moriatur aliqua specialis persone vel universitas ad penam centum librarum pro quolibet et qualibet vice et si potestas vel capitaneus et eorum officiales fuerint negligentes per syndicum qui ipsos syndicabit in mille libris denariorum tempore syndicatus condempnentur quas eorum de eorum suo salario retinere. Liceat tamen cuilibet impune gridare vivat pax pro populo et dominus pro rectores ipsius. Et possit potestas et capitaneus et teneantur et debeant de omnibus et singulis dictis ex ipsorum offitio procedere per accusationem inquisitionem denumptiationem et iure quo eis melius videbitur convenire. Et si predicta non fecerint ipse potestas vel capitaneus defensor comunis tuderti qui pro tempore fuerit de omnibus et singulis dictis possit teneatur et debeat ex suo offitio per accusationem inquisitionem et denumptiationem procedere et predictos culpabiles condempnare secundum formam predictam. Et nichilominus ipse defensor denumptiare debeat camerario comunis tuderti quod de salario potestatis vel capitanei negligentis retineat eas penas quas incurrissent contra predicta.

De pena facientis semitam vel transitum. C.y.

Item statutum quod nullus faciat iter semitam seu transitum per alterius terram si fuerit sibi prohibitum nisi habet ius eundi et redeundi et qui contrafecerit in xx solidis puniatur vice qualibet et de prohibitione stetur iuramento actoris. Si non auctus negaverit ius esse vel fuisse auctoris, sufficiat sibi actorum iusiurandum emptum cum iure baliorum de pena. Et si contigerit quod auctus negaverit ius esse auctoris et pro ipsum auctorem probatum fuerit ipsam rem fore sua vel eam possideret tunc auctus puniatur in dupla pena predicta.

Quod processus et sententie late contra eos qui rebelles fuerunt casse et de restitutione eorum ad statum et de penis repperientis ipsos rebelles vel non et statua alienantis. C.y.

Cum comune tuderti temporibus retroactis in discordia et turbatione

[library stamp]

Inimmico huius gentis operante et nunc divina favente clementia optato
pacis beneficio potiatur per ipsius pacis conservatione hac lege duximus statuendum
providenti utilitate comunis et ipsius civitatis quod omnes et singuli homines de civitate
et comitatu Tuderti et etiam forenses olim exititii vel rebelles comunis Tuderti
vel qui exbanditi et condempnati comunis Tuderti apparerent in libris comunis
Tuderti possessionum rectores quorum comunis per quoscumque rectores dicti comunis vel qui condempnati
vel exbanditi apparent quomodocumque pro rebellibus et exititiis sive
proditoribus dicti comunis ex forma quorumcumque statutorum ordinamentorum decretorum vel refor
mationum comunis Tuderti occasione rebellionis seditionis vel proditionis quo
tenent predictorum facta vel commissa vel perpetrata vel occasione receptationis
vel fautorie seu sequele prestite facte de aliquo ipsorum rebel
lium et exititiorum sive auxilii consilii vel favoris prestiti ipsis
rebellibus vel alicui ipsorum a decimo die mensis Iulii millesimo trecentesimo tricesimo
secundo citra sint et esse intelligantur rebanditi et prelibati et de libro
et condempnationis exempti et ab ipsis exclusi et liberati auctoritate
presentis statuti penitus haberi et censeri et ipsos et quemlibet ipsorum
et omnes et singulos comunitatem vel non comunitates exbanditos vel condempnatos
ex predictis causis vel aliqua ipsarum ab ipsis exbannimentis et condempnationibus
quibuscumque et qualitercumque latis et factis absolvimus ac liberamus. Excepta
sunt statutis quod ipsa exbannimenta condempnationes et quolibet ipsarum omnia et singula
statuta ordinamenta decreta provisiones et reformationes contra ipsos rebelles et
exititios ipsorum quoque matres uxores et sorores filios legitimos et non legitimos
ac consortios et qui in futurum deficerent erunt exceptis eorum fautores
complices et sequaces facta et facte sub quacumque verborum conceptione et for
et manu quorumcumque notariorum apparent et etiam processus quilibet factos
ex dictis causis vel aliqua ipsarum causam irritum et annullamus et nullius
esse valoris et momenti efficacie vel valoris et processus cassos
latos et irritos huius volumus et mandamus ac quod ad rem aliquam potestas
decernimus deleri et cancellari per quemcumque officialem comunis Tuderti ad
ad predictos potestas ipsos deputandum et ipsos et quemlibet ipsorum ad famam

Restituimus et honores ac etiam reintegramus prout erat in die nona
mensis Julii dictam et per restitutis et reintegratis ad ipsam famam et ho
nores ipso iure et facto decernimus et mandamus ratificantes receptione
et admissionem et omnia et singula facta premissa et concessa ipsis rebellibus et
exititiis per dominum Consules Tuderti scripta manu Jacobi Symucti et
omnia magistri Studini notariorum de Tuderto ita tamen quod gaudere exititiis non premisse etc.
que in dictis pactis et conditionibus scriptis manu dictorum notariorum continetur ad petitionem dominorum
priorum ipsi facere et promicte teneantur omnia et singula que in dictis pactis et condi
tionibus rebelles contenti in eis facere et promiser Providentes etiam quod nul
lus audeat vel presumat aliquem ex ipsis olim rebellibus vel ipsorum sequacibus
complicibus et fautoribus reprobare vel aliquid dicere ex dictis causis vel aliquid ipsarum
in eorum vel alicuius ipsorum verecundia nec etiam de ipsorum vel alicuius eorum
infamia aliquid opponere vel dicere vel allegare alicubi in iudicio vel extra Et con
trafaciens si reimpperavent vel aliquid iniuriose dixerit in viginti quinque
libris denariorum si autem opposuerit dixerit vel allegaverit de infamia predicta
in quinquaginta libris denariorum vice qualibet puniatur Et nullus officialis communis Tuderti
eum audiat in dicta opposita dicto vel allegato Et predicta omnia et singula potestas
et Capitaneus et qualibet rector communis Tuderti teneantur et debeant inviolabiliter
et ad penam quinquaginta librarum denariorum de suo salario effectualiter applicandam communi Tuderti
attendere et observare et facere a quolibet observari Et hoc capitulum sit de
rogatorium et prefixa in qualibet parte sua cum aliis statutis et ordinamentis
decretis provisionibus reformationibus et deliberationibus communis Tuderti loquentibus contrarium
predictorum que in hac parte precipue suspensis vim habeant ac si de ipsis specialis
mentio facta foret et tolli per capitulum statuti non possit nec abrogari cancellari
vel suspendi.

De pena destruentis muros civitatis et quod ponatur de refectione murorum burgorum C iiii

Item teneantur potestas et capitaneus cogere quemlibet qui muros Civitatis destru
xerit aut lapides inde extraxerit quod ipsum murum reficiat suis expensis et
quilibet habens hostium seu foramen aliquod in aliquo muro Civitatis debeat ipsum
murare calce et arena ita quod nemo possit intrare ad penam Centum solidorum

[library stamp] BIBLIOTECA COMUNALE

qua pena potestas vel capitaneus teneatur et auferri / si non fecerit mutare
ut dictum est. ¶ Item quod nulla persona habitet vel intelligatur vel alicui in iure aliquo p
tendit in muro aliquo civitatis predicte / contra alicui mattonis / vel
de lignamine alia de causa et si pretendit non audiatur. ¶ Et quod dominus potestas ipse te
neatur suo proprio tempore quilibet capitaneus in consilio populi quod murum ba
gorum civitatis predicte integraliter reficiat et remuniat.

De libertatibus et franchitiis et pena petentis aliquo iusto homanagio. Cb.

Cb. Item statuimus et ordinamus quod omnes libertates et franchitie quomodolibet
impetrate habite et concesse per potestatem et capitaneum communis Tuderti debeant de
fendi manuteneri et inviolabiliter observari contra omnem personam ad
honorem et statum communis Tuderti ita quod instrumenta super eis confecta sint firma et
valida nec possint per aliquem modo aliquo impugnari / et quicumque vel aliquis
contra impugnare vellet in libris C. in quaqumque communis Tuderti condempnetur.
¶ Item quicumque de civitate vel comitatu petet franchitiam seu libertatem
alicui domino seu vassallagium recipere cepit / potestas / teneatur
ut petet libertatem / et inde fieri facere publicum instrumentum franchitie et
libertatis induite. ¶ Et si talis dominus nollet talem libertatem et
franchitiam dare faciat potestas cogere / consilium generale et privatum
consilium cum bonis hominibus et sindicum communis Tuderti cum pleno mandato ad faciendum promissio
nem communis talibus petentibus libertatis et franchitie instrumentum et dictam
libertatem et franchitiam concedendam / et quod gestum fuerit per ipsum sindicum
valeat et sit firmum. ¶ Et si potestas esset negligens puniatur in
centum libris / et nichilominus sindicus qui tunc esset predicta faci
at et quod gesserit circa predicta habeant plenum robur / ac si facta et gesta
essent per legitimum sindicum per ipsa tunc electum pro communi Tuderti. ¶ Et
ille qui petet dictam franchitiam teneatur dare et dimittere domino
seu dominis alicui vel quibus liberavit medietatem / poderis / quod / tunc habet
aut triginta libras denariorum prout domino placuerit / et quilibet petens
talem franchitiam et libertatem solvat pro salario communi Tuderti solidos viginti.
¶ Item quicumque alienatam tenuerit domum in civitate vel comitatu Tuderti

sit securus et salvus in personis et rebus, et Castrum vel villa et
locus adque venerit, et ipsi loci homines teneantur talem advenam
benigne recipere et defendere ab omni lesione et molestia et ad
predicta etiam teneantur potestas et Capitaneus et quilibet corporum salvo tamen
quod si talis forensis cum rebus alterius tudertini vel tudertini comitatus
improbabiliter accederet, faciat potestas res, delatas restitui ius habenti

Item quilibet persona que se summisisset, alicui scilicet, dicte rupture
habite inter Tudertinos tempore domini Capitanei de Gemis potestatis et domini Oddonis de
padua capitanei civitatis tuderti reddatur pristine libertati et ipsa quilibet inde
facta, ipso iure sit irrita et nullius valoris. Item nullus cuiuscumque con-
ditionis existat audeat vel presumat uti in iudicio vel extra
aliquo instrumento facto vel celebrato inter quascumque personas, tempore dicte rup-
ture citra de aliqua submissione facta per quamcumque personam de aliqua
subiectione, fidelitate homenagio vel quacumque servitute si
facta non fuerit cum illo qui ipso instrumento uteretur pena quinquaginta
librarum de facto auferenda contrafacienti pro qualibet vice, Et offitialis
coram quo aliquis uteretur dicto instrumento, ipsum non audiat ad dictam penam, Et
nichilominus quod fuerit gestum, actitatum, iudicatum, et sententiatum fuerit
per quemcumque offitialem civitatis tuderti, pretextu et vigore alicuius instru-
menti, dicto tempore dicte rupture citra contra formam presentis capituli sit
auctoritate presentis legis cassum irritum et inane et nullius
efficacie vel valoris et ex ipso ~~sententia~~ sententia que omnibus contra dictam
formam dicti statuti nullum ius sit vel intelligatur adquisitum, Et omnia
et singula dicta executioni mandentur per potestatem et Capitaneum et
ipsorum quemlibet ad penam centum librarum pro quolibet et qualibet
vice quod contrafactum vel neglectum fuerit. Salvo quod hoc capitulum
ubi loquitur de aliis in futurum peteret libertate seu franchitia locum
non habeat in vassallis heredum et successorum Raynerii Ugolini Ri-
ci et Nerii filiorum Ugolini de Basschio, Ymilliis vel vassallis tamen
quos dicti Raynerius, Ricardus et Nerius habebant cum dictam

penale

nictum quod fuit tempore dominorum dominorum Henrici et Syrois et fuit anno
Ducentesimo nonagesimo sexto et hoc capitulum sit precisum in
qualibet parte sui. Et nichilominus dominus Capitaneus teneatur in consilio ipsi
in quo fuit admissum Tuderti consiliariis proponere si aliquid sit agendum de et
super isto capitulo et quod tunc deliberabit exequatur ad penam mille librarum.

De pena impetrantis privilegium contra libertatem comunis — Ch

Pro libertate honore et statu pacifico comunis et populi Tuderti statuimus
et ordinamus quod si aliquis petierit vel impetraverit a summo pontifice (aliquos)
pontifice vel alio quocumque domino temporali vel spirituali cuiuscumque conditionis
et iurisdictionis sit aliquas litteras vel rescriptum seu privilegium
quod dici vel tractari possit quod esset contra libertatem et franchitiam vel iu-
risdictionem comunis Civitatis Tuderti et comitatus eiusdem et etiam dominium
Civitatis Tuderti scilicet quod per populum consilium artes et homines universitatem
civitatis predicte sive alterius qui esset ad regimine Civitatis predicte
quecumque nomine censeretur vel etiam alia facere exercere quod facerent et ex-
cere consueti sunt usque nunc et sicud hactenus populum comune et homines
universitatem et consilium Civitatis predicte facere et exercere consue-
verunt vel quocumque modo iure vel ea ipse libere ipse litere contra
contra iurisdictionem libertatem et franchitiam comunis et consilii Civitatis et dominium
Civitatis predicte et totius districtus eiusdem, et quod ipsis litteris aliquem
potestatem Rectorem vel alium offitialem comunis Civitatis Tuderti vel alium
qui esset ad regimine Civitatis predicte quocumque nomine censeretur nec pari-
ter offitiale comunis predicti vel specialem personam non debeat obediri nec eis
consentiatur. Item si illi vel ille qui promisissent vel procuraverint supradictas
litteras vel rescriptum advocatione seu contrarium privilegium sub quacum-
que forma de quibus dictum est in eis non essent suppositi sive plures sive
unus fuerit sub iurisdictione Comunis Tuderti et quod potestas et Capitaneus
teneatur totas et cetera super exequi pena in quam contraveniendum proferret princi-
palis si esset suppositus iurisdictioni Comunis Tuderti et aliorum pena
coniuge a parentibus seu propinquioribus usque ad tertium gradum. Et hoc

Ne possent electione potestatis vel Rectoris comunis civitatis facere

capitulum inqualibet parte sui sit precisum et derogatorium omnibus aliis et non possit tolli minui neque derogari et ad eius observantiam potestas et Ca Capitaneus et ipsorum quilibet teneatur sub pena quinquaginta librarum. penale

De pena rebellantis fortillitias communis C. xij.

Item ne obstaculum aliquod generali regimini aut Communi Tuderti opponatur statuimus et ordinamus quod quilibet de Civitate et Comitatu Tuderti ad petitionem et requisitionem domini Potestatis Capitanei vel defensoris vel dominorum priorum populi debeat tradere palatium Castrum vel castra seu Cassarum et alia quecumque fortillitiam ipsi domino potestati vel Capitaneo vel defensori manutenenti communi ab eo vel ab eis petitum fuerit dare et de ipsa expellere omnes qui eam tenerent ad penam aere et persone arbitrio dominorum potestatis Capitanei sive defensoris vel alicuius ipsorum non obstantibus aliquibus capitulis Constituti. Item Nulla fortillitia alicuius specialis persone Custodiatur expensis communis vel inmo aliqua expensa per Commune Tuderti nisi deliberaretur per Consilium generale in quo sit ducenti consiliarii ad minus. Et si potestas vel Ca pitaneus contrafecerit condempnetur in libris centum denariorum. penale

De pena deguastantis silvas communis C. xiij.

Item statuimus quod nullus Civis vel comitatensis laboret aut devastet nec laborari seu devastari faciat silvas aut alias possessiones Communis Tuderti et maxime a fossato Riambre usus montem civitatem ad penam decem librarum de quibus medietas sit accusatoris Et hoc capitulum non preiudicet habentibus possessiones in dictis civitate

De infectis expellendis et pena receptantium ipsos C. xiiij.

Item statuimus quod si potestati vel Capitaneo denumptiatum fuerit quod si aliquis infectus vel infecta faciat illum vel illam per duos medicos videri et si erit infectus vel infecta faciat illum vel illam extra Civitatem Tuderti expellere et mittere ad hospi

tale leprosorum et idem in castris et villis comitatus
Auderti. Et nullus leprosus vel leprosa possit venire vel
stare in civitate Auderti ad penam decem librarum et nullus
ad dictam penam ipsum vel ipsam debeat receptare possit ta-
men quilibet leprosus venire et stare in civitate Auderti
ad penam decem librarum Et nullus ad dictam penam
debeat ipsum vel ipsam receptare / possit tamen quilibet
leprosus venire et stare in civitate in festo et vigilia
festi sancti Michelis de Septembris

De pattarenis et sodomitis et eorum pena. C.x.

Item statuimus et ordinamus quod potestas et capitaneus
teneatur secundo mense eorum et cuiuscumque eorum regiminis
facere inquisitionem sollepnem contra omnes et singulos sodo-
mitas et bugiarones de civitate et comitatu Auderti
et etiam forenses habitantes in civitate vel comitatu et
contra lenones ipsorum abugiarorum et super ipsa inquisitione
debeat examinare ad minus ad minus quinquaginta testes
bonos et fide dignos et quos invenerint culpabiles ma-
nifestare debeant in publica contione et ipsos et quilibet [pro]
debeant aut aliquis eorum debeat condempnare in centum libris
Et qui condempnatus fuerit et condempnationem solvere non potuerit
ligatus membris genitalibus fustigetur per civitatem Auderti
et post talem fustigationem expellatur de civitate et eius
districtum et deinceps habitare non possit in civitate seu
districtu ad dictam penam Et possit contra talem procedi ad totum
si probatum fuerit contra eum per sex testes de publica fama Et
nullus hereticus vel pravitate heretica [?] destinatus audeat
stare seu moram trahere in civitate seu comitatu Auderti et contrafaciens
fuit punitus per potestatem vel capitaneum et fiat et procedatur contra
eum et eius bona ut iura canonica exigunt et requirunt.

Inquiratur pro mense regiminis

De pena euntis tempore tumultus alibi quam ad banderias vel dominos potestatis. CXI CXI

Item statuimus et ordinamus quod nullus de civitate Tuderti vel
burgo sive suburgis audeat vel presumat tempore alicuius novitatis
suspitionis vel tumultus ire vel trahere ad alium locum quam
ad banderias sue regionis de quorum est banderia et postquam
transiverit ad ipsos banderarios sequi debeat totis viribus banderiam
suam quocumque iverit in subsidium et protectionem pacifici status
dicte civitatis et offitii dominorum potestatis nisi aliud idem possint(?)
dominus potestas fuerit demandatum ad penam [illegible] quam persone arbitrio Arbitrium
iudicantis considerata qualitate delicti et conditione persone.

De hiis qui excipiuntur a penis CXII CXII

Item statuimus quod de offensionibus et delictis quibuscumque commis-
sis et committendis inter infrascriptas personas potestas et capitaneus
et eorum offitiales per viam et modum inquisitionis non possit
procedere cognoscere vel punire vel procedere videlicet
inter ascendentes et descendentes cuiuscumque gradus sint inter Qui excipiuntur
fratres et alios collaterales usque in tertium gradum inclu- a penis
sive computando gradus secundum ius canonicum. Inter mari-
tum et uxorem. Et inter affines in primo genere affinitatis
usque in tertium gradum inclusive computando gradus secun-
dum ius canonicum. Inter magistrum et discipulum. Inter doma-
sium et amasiam. Inter minores decem annis. Et inter ali-
quos qui sunt et morantur in eadem familia. Vel si quis offenderit
ioculatorem vel ioculatricem vel meretricem publicam maiorem(?)
vel minorem quindecim annis. Vel si minor decem annis offenderit ma-
iorem decem annis si predicte offensiones sint omnino et totaliter
impunite in predictis(?) casibus et inter dictas personas impunes. Nisi fieret
voluntaria actio per iniuriatum vel patrem iniuriati. In qua
accusatione possit accusator sine pena desistere quando-
cumque usque ad sententiam eius desistere sive accusa-

ulterius procedi non possit / set possit et debeat pronumptiari non
non esse procedendum absque alia sententia absolutoria set talibus personis accitis
qui actioni renumptiatum non esse et per viam accusationis procede
retur pena possit imponi arbitrio Judicantis dummodo pe
nam statuti non excedat set minuere possit et arbitrio et volun
tate consideratis personis delinquentium qualitate delicti et causis
delinquendi Salvo et excepto quod possit potestas et Capitaneus et offi
tiales Jurisdictionem habentes procedere etiam per inquisitionem contra
personas predictas pro homicidio membro trunchato vel mutilato et pro
percussione facta cum sanguinis effusione cum infrascriptis armis
cum spata cultello magno ferrata lancia sbiedo falcione ma
naria rontio accepta balestro uaga pisa forbita bidente cappa
pugnalone puntione marchlatio bastone ferreo et hiis similibus
ferreis dummodo penam statuti non excedat set minuere possint cum
arbitrio et voluntate consideratis personis delinquentium causis delinquendi
et qualitate delicti in quibus offensionibus vel aliqua earum
facta cum supra xxiii dies anni renumptiatio facta non valeat ·
Declarantes quod ubi supra loquitur de minoribus decem annis de dictis
excessibus et maleficiis per eos commissis et committendis nulla pena impo
natur et contra ipsos maleficia commissa et committenda contra ipsos
minores decem annis per potestatem vel capitaneum vel alium
officialem Communis tudertini per inquisitionem vel accusationem vel alio
modo aliquo procedi non possit Et predicta sint derogatoria omnibus
aliis statutis ordinamentis et reformationibus in contrarium lo
quentibus et plenam optineat roboris firmitatem

De Consensu Patris vel Curatoris non requirendo in processibus filiorum familias et minorum. C xiii

Item statuimus quod de omnibus maleficiis criminibus commissis
per minores vel filios familias possit potestas vel Capitaneus
procedere et etiam contra maiores filios familias sine con

Consen et auctoritate

IIII DI.

sensu et auctoritate patris vel curatoris et valeat processus et sententia lata non obstante quod patris vel curatoris consensus non intervenerit in iudicio. Et si filius familias condempnationem de se factam non esset solvendo cogatur pater solvere condempnationem usque ad tertiam partem bonorum que sibi filio de bonis sui patris ab intestato contingeret et non ultra set minus usque et secundum quantitatem talis sui filii condempnationem.

Pater [illegible] filio

Quod gradus cognationum intelligantur secundum ius canonicum. CXIIII.

CXIIII

Quia in pluribus partibus statutorum communis tudertini de gradibus cognationum tractatus habetur et dubitatio inter prudentes oritur cuius iuris an canonici vel civilis intuendus sit et ut plurimum secundum communem oppinionem gradus secundum ius canonicum accipiatur volentes dictam dubitationem declarare hac lege duximus statuendum quod ubicumque de gradibus cognationum in nostro iure municipali fit mentio gradus ipse secundum ius canonicum debeat computari.

Vide A. in [illegible] c. xxx

De pena custodum carceris inferentium iniurias vel aliquid accipientium a carceratis. CXV.

CXV

Item statuimus et ordinamus quod nullus ex custodibus sive suppositis carceris communis tudertini possint vel debeat aliquam pecunie quantitatem vel aliquid aliud accipere vel accipi facere directe vel per obliquum vel per interpositam personam quod accipiat palam aliquo modo alicui carcerato vel carcerando in carceribus dicti communis vel aliquo ipsorum aliqua causa vel ingenio et non facere nec fieri facere vel inferre aut permictere quod fiat vel inferat alicui carcerato vel carcerando in carceribus dicti communis vel alicui ipsorum aliqua iniuria vel molestia per vel distructam occasione extorquende ab eis aliquam quantitatem pecunie vel aliquam aliam rem ab eisdem carceratis vel aliquo eorundem ad penam quadraginta solidorum cortonensium pro quolibet carcerato et qualibet vice. Et nichilominus talis custos seu suppositus compellatur per dominos potestatem et capitaneum civitatis tuderti ad restituendum illi cui acceperent vel accipi fecerent duplum illius quantitatis quam accepissent vel accipi fecisset ad petitionem cuiuslibet petentis. Et de predictis stetur et credatur sacramento talis carcerati a quo aliquid acciperet vel accipi faceret.

contra dictam formam vel sui procuratoris, aut alicui coniuncte persone dicti carcerati.

De pena carceratorum accipientium aliquid a carceratis contra ipsam formam. CXVI

Item statuimus quod nullus carceratus vel carcerandus in carceribus dicti comunis vel aliquo ipsorum, audeat vel presumat intus dictos carceres aliquid accipere, alicui persone que in dictis carceribus mitteretur sub pena quadraginta solidorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Possint tamen, et eis liceat accipere a cuilibet in dictis carceribus carcerando duodecim denarios pro soldo in introitu et exitu semel tantum. Et si ultra vel preter dictam formam acciperet aliquid per carceratos vel alios quoscumque intelligatur fore acceptum per custodes dictorum carcerum. Et nichilominus ipsi custodes per potestatem et capitaneum ad restitutionem eius quod acceptum fuerit, ad petitionem cuiuslibet petentis omni modo compellantur et credatur iuramento carcerati conquerentis de hiis sine alia probatione.

De modo relassandi captivos. CXVII

Item statuimus quod custodes dictorum carcerum teneantur et debeant custodire et retinere in dictis carceribus omnes et singulos carcerandos et carceratos comunis Tuderti qui modo sunt in dictis carceribus et pro tempore fuerint qui mitterentur de mandato dominorum potestatis et capitanei vel alicuius officialis comunis Tuderti, et inde non extrahere nec permictere quod extrahatur vel extrahi facere publice vel occulte sine mandato illius officialis vel creditoris cuius mandato ibidem fuerit carceratus aliquem ex carceratis in ipsis carceribus. Possint tamen ipsi custodes unum ex carceratis in carceribus dicti comunis permictere ire per civitatem Tuderti pro elemosinis dictorum custodum resicho et fortuna.

De iuramento et cautione custodum et pena relassandi carceratos. CXVIII

Item statuimus quod superstites seu custodes carcerum predictorum qui conducerent dictos carceres ad custodiendum debeat et

tenean(tur) promictere et iurare ad s(an)c(t)a dei evangelia corporali(ter)
tactis scripturis eorum offitium facere gerere et exercere bona fide
et sine fraude et in nullo contrafacere vel venire contra formam statutorum
et prestare bonos et ydoneos fideiussores et cautiones de custodien-
do et custodiri faciendo dictos carceres et carceratos et carcerandos
in eo et de reassignando dictos carceratos cum omnibus et singulis
ibidem carcerandis et carceratis sub penis et ad penas infra-
scriptas videlicet pro quolibet carcerato debente puniri personaliter pena
quem non reassignaverint cum effectu a mille quingentarum libr(arum)
cort(onensium) quam penam si non solverint cum effectu puniantur ad
mortem ea pena videlicet qua puniri deberet ille talis carceratus non
reassignatus. Et si vero in mobili teneantur custodes ad illam penam pecu-
niariam propter cuius solutionis defectum, in aliis vero casibus pecuniariis dicti
custodes pro quolibet carcerato quem non reassignaverint solvere teneantur
et debeant comuni tuderti nomine pene illam quantitatem pecunie quam talis car-
ceratus non reassignatus solvere teneretur et pro qua in dictis carceribus deti-
neretur carceratus. Et predictam dicti custodes tempore acceptationis
dicti offitii cavere debeant ad minus usque in quantitatem mille libr(arum). | tali carcerato non reassignato membrum fuerit amputandum

Quod inquiratur an custodes carceris servent statuta sequentia de custodia carcerum · CXVIIII

Item statuimus quod potestas et capitaneus comunis
tuderti teneantur et debeant vinculo iuramenti et
ad penam ducentarum librarum de eorum salario omnia et singula
statuta predicta et infrascripta loquentia de custodia car-
cerum comunis tuderti pro posse facere integraliter observari.
Et de omnibus et singulis in presentibus statutis contentis
per eorum offitiales inquiri tam in dictis carceribus quam extra
prout eis videbitur decentius convenire tam contra custodes
dictorum carcerum quam omnes et singulos ibidem carceratos et car-
cerandos. Et si aliquem invenerint culpabilem inde ipsum vel
aliquem eorum secundum suprascripta punire et condempnare teneantur secundum formam

statutorum et ordinamentorum predictorum et infrascriptorum

De inquisitione facienda a carcerato tempore exactionis facte de ipso. C xx.

Item statuimus quod domini potestas et capitaneus, seu alius qui fuerit
loco ipsorum teneantur et debeant in exitu cuiuslibet captivi ex
trahendi de dictis carceribus, eundem captivum coram se facere presentari
et ab eo diligenter inquirere si custodes dicti carceris vel ibidem carcerati
ab eodem carcerato aliquid acceperint contra formam statuti ordinamenti
vel intulerint contra eum aliquam iniuriam vel molestiam contra formam ordinamenti.

De pena custodum relaxantium aliquem extra formam carceratos. C xxi

Item statuimus quod custodes predicti non possint nec debeant extrahere
aliquem de dictis carceribus qui sit missus in eis pro aliquo malleficio vel
delicto sine licentia potestatis capitanei vel alius rectoris cum eo in ipsis
carceribus fecit mitti. Si vero fuerit inmissus pro aliquo debito ad pe
titionem alicuius creditoris, non possint ipsum extrahere sine licentia
creditoris ad penam decem librarum pro quolibet carcerato extracto contra formam huius capituli.

Quod notarius camere scribant nomina carceratorum tempore missionis et exactionis. C xxii.

Item statuimus quod quicumque missus fuerit in dictos carceres pro
aliquo malleficio exbannimento condempnatione vel debito seu quacumque
alia causa assignetur per custodes carcerum comunis Tuderti vel alterum ipsorum
camerario comunis Tuderti nomen missi causam missionis et pro qua
quantitate est missus. Et tunc camerarius vel eius notarius teneatur scribere
dictum nomen, causam et quantitatem et postea quando relaxatur scribat dictus
camerarius vel eius notarius relaxationem et diem relaxationis. Et predicta
facere teneatur dictus camerarius vel eius notarius et debeat
ad petitionem dictorum custodum. Et si aliter fieret relaxatio non
possit talis relaxatus nec aliter liberetur. Et custodes predicti contra formam
in relaxatione captivorum non servantes per potestatem et capitaneum ci
vitatis Tuderti vice qualibet pro quolibet carcerato in libris
centum debeant condempnari.

Quod potestas et capitaneus ordinamenta carcerum faciant observari. C xxiii.

Item statuimus et ordinamus quod potestas et capitaneus communis Tuder qui CXXIII
nunc sunt et pro tempore erunt et eorum et cuiusque ipsorum iudices socii milites
et notarii teneantur et debeant vinculo iuramenti et ad penam
quingentarum librarum de eorum salario ad petitionem cuiuslibet petentis ipsa
ordinamenta et statuta omnia et singula contenta in eis et quodlibet ipsorum sine
aliqua exceptione interpretatione vel salvo in omnibus et per omnia prout
ut iacent observare et observari facere in quam penam contrafaciens
vel observari non faciens omnia ordinamenta predicta per sindicum communis
Tuderti tempore sindicatus debeat condempnari. Et quod defensor
dicti communis teneatur et debeat ad dictam penam et vinculo iuramenti
singulis mensibus inquirere de predictis et maxime contra pote-
statem et capitaneum et eius officiales contrafacientes in predictis
vel aliquo predictorum in dicta pena debeat condempnari.

Requirat quod capitaneus quolibet mense per defensorem

De pena contradicentis tenutam baiulo et de rebus prohibitis dari in tenutam. CXXIIII

Item statuimus quod nulla persona resistat vel contradicat tenutam baiulis CXXIIII
communis volentibus accipere aliquam tenutam vel pignora dummodo accipiat
de licentia iudicis et officialium communis Tuderti. Contrafaciens in
viginti solidis puniatur et de contempsione seu contradictione stetur iuramento
baiuli sine aliqua alia probatione. Nullus tamen baiulus intret aliqua
camera causa accipiendi inde pignus in tenutam seu pignoret catena super
ignem seu catenellas nec pannos de letto et contrafaciens in viginti solidis puniatur
et stetur de predictis sacramento unius de domo in qua fuerit
talis nuptius ad electionem illius de domo predicta.

Contradicentes baiulo

De pena consulentis extra propositam et modo consulendi in consilio. CXXV

Item statuimus quod nullus consulat nisi super proposita vel CXXV
super eo quod propositum fuerit per potestatem vel capitaneum nec
etiam consulat quod per alium fuerit consultum. Contrafaciens vero
in viginti solidis puniatur et dictum eius non debeat reformari. Et
item nullus consiliarius discedat de palatio in quo fuerit
consilium sine licentia potestatis vel capitanei antequam reformetur.

Pena consulentis extra propositam

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI ·

legatur ... ms

et legatur reformatio q capitulum potestas legi faciat in consilio quolibet
mense // Item teneat potestas et capitaneus ante quam veniant
ad consilium facere scribi not. reformationum omnia que debent in
consilio proponi et postquam venerit ad consilium in ipso consilio nulla
alia debeat mitti seu fieri proposita nisi que primo sic fuerint scripta et
nulla alia de novo scribi debeat per notarium reformationum seu proponi
possit in dicto consilio per ipsos potestatem vel capitaneum ad penam
libr. centum. Et si notarii de novo scripserint in decem libr. puniatur
et ipsa proposita non valeat nec teneat.

De pena proicientis lapidem in domo alterius et portantis archum vel balistam. C xxvj

C xxvj

Item statuimus et ordinamus quod nullus proiciat lapides in domo alte
rius. contrafaciens si de die in quadraginta soldis, et de
nocte in centum soldis cort. puniatur. Et accusatus fuerit — no pos' ingn
a domino domus vel qui ipsam domum habitet aliter non possit
contra eum procedi // Item nullus portet archum vel ba
listam sagiptando per civitatem ad penam soldorum quadraginta
et que dicta sunt de proiectione lapidum vel sagiptatione intelli
gantur si non fuerit cum impetu vel insultu et irato animo in quo casu
graviori pena puniatur vt qualitas criminis et excessus exigit secundum formam statuti

Quod potestas mittat ad sanctum Faustinum et de pena alienantis rationem ex districtu Tudertino. C xxvij

C xxvij

Item statuimus et ordinamus quod potestas teneat mictere ad sanctum Faustinum
in vigilia ipsius festi iud. et not. mallorum et ibi stent ipsa die
vigilie et festi ad hoc ut malla non committantur ibi. Et aliquis
in dicto tempore commisit aliquod mallum puniatur in duplo pene contente
in statuto communis Tuderti. et vadat dictus iud. et not. eorum expensis et non possit
aliquid recipere ab aliqua communantia // Teneatur potestas facere
banniri ante dictum festum quod quilibet securus vadat in avere
et persona preter exbannitos communis Tuderti. de aliis vero remaneat in
provisione consilii // Et etiam potestas faciat banniri tribus diebus
ante quod quilibet illuc portet victualia ita tamen quod ex dicta causa non vadat per

Comitatus et subiectioni tuderti circumstantibus quod quilibet possit secure
venire ad dictum festum. // Et possit quilibet de ipso foro mercantias
et alias res excepto blado extrahere. // Et faciat dominus iudex tenere
pauilglone unum de propinquioribus. // Et pauilglonus et ferramenta
et funes communis tuderti teneat potestas non comodare vel alienare committens
ad penam centum librarum, et nullus possit angariare quod comodet vel alienent
alicui et qui contrafecerit in decem libris puniatur nisi deliberando ve-
nerit ad bussulas et palluctas. // Item nulla communitas alicuius
castri vel ville comitatus tuderti habens aliquem pauilglone comodet
vel alienet alicui extra districtum civitatis tuderti, et communitas contrafaciens
in decem libris cort. puniatur

De pena cantantis vel inhonestum facientis ante monasterium et carceres. C.xxvij.

Item nullus audeat de die vel de nocte cantare ante carceres
vel monasterium seu carceres vel aliud inhonestum faciat. Contrafaciens
in viginti solidis puniatur. Item nullus presumat stare de die
ante carceres seu ante carceratas vel carceratos contra voluntatem ipsorum car-
ceratorum, et qui contrafecerit post prohibitionem eis factam a custodientibus in viginti
solidis puniatur pro qualibet vice qua contrafecerint. De pena va-
gantium ante ecclesiam et intus tempore predicationis vel celebrationis offitii. C.xxviij.

Item statuimus quod nullus cuiuscumque condictionis existat audeat
vel presumat aliquo tempore et maxime diebus dominicis et festivis stare
tempore celebrationis offitii seu predicationis ante ... pro aliqua
ecclesiam vel locum religiosum ad cantandum vel vagandum seu inhonestum
aliquod dicendum vel faciendum. Nec etiam intus ipsam ecclesiam sive locum.
Contrafaciens in aliquo predictorum pro dicto facto in viginti solidis vice qualibet puniatur, salvis
aliis penis maioribus in statuto contentis per quas veniret acrius pu-
niendus in quibus nichilominus puniatur. Item quod domini [illegible]
teneantur vinculo iuramenti eligere custodes secretos [illegible]
bit convenire qui per sacramentum [illegible]
omnes et singulos contrafacientes in aliquo predictorum [illegible]

bandiat.

Bandiat(ur)

p(er) civitate(m) tuderti in locis solitis publice bamant(ur).

De pena testium non venientium ad ferendum testimonium CXXX

CXXX Item si quis testis vocatus seu citatus fuerit bis quod veniat ad testimonium perhibendum, et non venerit in viginti soldis puniatur. Item si quis testis venerit ad perhibendum testimonium ad petitionem alicuius et steterit in civitate ultra unum diem causa ferendi ipsum testimonium, pars que venire fecerit talem testem cogatur ad solvendum ipsi testi pro suis expensis duodecim denarios pro quolibet die quo steterit ultra primum diem, notarii vero teneantur examinare ipsos testes quam citius possunt. Et si per ipsos notarios vel aliquem eorum steterit post protestationem eis vel alicui eorum a parte producente factam teneatur talis notarius negligens ad restitutionem dampni et expensarum parti. Et nullus testis possit cogi vel detineri in palatio ultra decem dies.

Quantum notarius accipiat de instrumento vel testamento CXXXI

CXXXI Item quod nullus notarius de civitate vel comitatu possit per se vel alium quocumque recipere seu percipere de aliquo testamento codicillo seu dispositione ultime voluntatis ab una persona vel pluribus volentibus ipsum semel habere in publica forma ultra decem libras cortonenses ad plus. Et de instrumento publico volenti seu volentibus ipsum semel habere in publica forma ultra duos florenos auri ad plus. Et potestas teneatur ad petitionem petentis cogere illum vel illos notarios recusantes omnino dare pro predictis salariis ipsa testamenta et instrumenta petentibus et restituere in publica forma illi vel illis ad quem vel quos de iure spectat infra decem dies a die precepti facti per ipsum potestatem cum salario supradicto ad penam decem librarum.

De pena occidentis vel vulnerantis animal alicuius CXXXII.

CXXXII Item statuimus quod nulla persona occidat vel vulneret aliquod animal alicuius quod si fecerit occidendo componat domino animalis in vera extimatione animalis occisi et in medietate ipsius extimationis camere comunis Tuderti pro ipso comuni dum ipsa medietas extimationis non possit ascendere a quinquaginta libris supra. Et si ex vulnere efficeretur inutile similis modus fiat salvo quod in eo casu animal inutile factum debeat esse vulnerantis si vero ex vulnere non

fuerit inutile factum, si fuerit equus bos vel asinus seu alia bestia grossa
condepnetur percussor domino bestie in libr. decem, pro equo et pro alia grossa
bestia qualibet in sold. centum. Et si alia minuta bestia in sold. viginti de
beat condepnari domino talis bestie.

De pena non probantis accusationem. CXXXIV.

pot. qd. renuntiat accusam. c. xlvii. c. lxiii.

Item statuimus quod siquis accusaverit vel denuntiaverit aliquem vel aliquos
cuiuscumque conditionis existat, de aliquo crimine falsitatis coram quocumque
officiali comunis tuderti, et ipsam causam (accusationem) vel denuntiationem non probaverit quas
omnes et singulos qui in ipsis accusis vel denuntiationibus continebuntur, quod
talis accusator vel denuntiator pro quolibet quem dicta accusa sive de
nuntiatio probata non fuerit per ipsum officialem coram quo dicta accusatio vel denun
tiatio fuerit instituta in quinta parte eius quantitatis in qua accusatus veniret
ex forma statuti pro delicto in accusa vel denuntiatione deducto condepnandus
comuni tuderti puniatur. Et dictus officialis tempore porrectionis dicte accuse vel
denuntie teneatur et debeat a predictis accusatoribus et denuntiatoribus sive
accusare vel denuntiare volentibus ydoneam cautionem recipere de probando ipsam
accusam sive denuntiam quam porriget coram eis. ¶ Et siquis voluerit
accusare vel denuntiare aliquem testem de crimine falsitatis, qui testis
esset inductus super aliqua causa vel inquisitione criminali coram dicto officiali
quod talis qui accusare vel denuntiare voluerit talem testem vel testes non
possit accusare vel denuntiare, nisi coram dicto officiali coram quo talis
testis vel testes testimonium tulissent. Et si aliter fieret talis accusator
vel denuntiator minime audiatur. Et ipsa accusatio sive denuntiatio alibi
facta non valeat ipso iure. ¶ Alii vero testes super causis civilibus vel spiritualibus
inducti coram quocumque etiam arbitro, possint accusari denuntiari vel inquiri
de falso coram quocumque ipsorum potestatis vel capitanei prout elegerit impetens
eum. ¶ Et quicumque etiam aliquem de molestatione tenute accusaverit reo
per diffinitivam sententiam absoluto propter defectum probationis solvat accusator
quadraginta solidos pro quolibet accusato. ¶ In aliis vero casibus de quo
cumque malleficio vel excessu, ex eo quod accusator accusationem non probaverit

pena accusantis de falso non probantis

pena molestatione tenute ... accusantis

[library stamp]

nullam penã patiat(ur) in quibus penis non ꝓbantes in eadem s(e)n(tenti)a absolutionis condepn(e)nt(ur).

De pena cariantiu(m) certis dieb(us) CXXXIIII.

Item statuim(us) q(uod) nulla p(er)sona de civitate u(e)l comit(atu) tud(ertino) audeat u(e)l presumat carriare u(e)l cariari face(re) aliquas bestias seu salmas deferat u(e)l deferri faciat in dieb(us) dominicis (et) dieb(us) infrascriptis vid(elicet) die Natiuitatis d(omi)ni n(ost)ri Ihu xpi cu(m) duob(us) dieb(us) seq(ue)ntib(us) die circu(m)cisio(n)is die Epifanie diebus omnibus festiuitatum Virginis Gloriose die pasche resurrectionis d(omi)ni cum duobus sequentibus die ascensionis d(omi)ni die pentecostes die sancti fortunati s(an)c(t)i saluatoris s(an)c(t)i prancatii s(an)c(t)e agathe s(an)c(t)i angeli de septe(m)b(r)e ad penam et sub pena decem sol(idorum) p(ro) quolibet die et p(ro) qualib(et) cariatura u(e)l salma Et quilibet possit cont(ra) facientes accusare et habeat medietatem banni Et pot(esta)s teneat banniri facere primo mense sui regiminis p(er) civitatem in locis co(n)suetis Liceat tamen cuilibet deferre et somare salmas palear(um) et erbar(um) causa reducendi ad vendendum Possit etiam quilibet p(ro) sua necessitate tantu(m) unam salma(m) deferre uel portare ad domum suam Et predicta non habeant locum t(em)p(o)re vindemiar(um) quo t(em)p(o)re quilibet possit somare sine pena.

De pe(na) eligentis aliquem in co(n)silio CXXXV

Item statuimus q(uo)d nullus possit vel debeat aliquem in consilio ad vocem eligere ad aliquod officium co(mun)is tud(er)t(i). Et si vocauerit u(e)l elegerit potestas puniat eum in centum sol(idis) et talis electio non valeat nec teneat Et potestas teneatur predictum capitulum legi facere in consilio generali quolibet mense. De pena p(ro)ponentis u(e)l aliq(ui)s massarius fecerit vel fecerit(?) in ciuem et impetrantis privilegiu(m) ut p(ate)t

Item statuim(us) q(uod) nullus officialis co(mun)is tudertis cuiuscu(m)q(ue) no(m)i(n)e censeant(ur) p(ro)ponat uel p(ro)poni faciat seu p(er)mictat in alic(uo) consilio g(e)n(er)ali u(e)l sp(eci)ali d(i)c(t)e ciuitatis aliq(uam) iurisdictionem habente de aliquo affassino recipiendo ad honores ciuium

Nobilium vel potentum pena quingentarum librarum cortonensium In qua sindicus qui talem officialem contrafacientem sindicare habebit, debeat condempnare tempore sindicatus. ¶ Nullus in aliquo consilio tam generali quam speciali presumat arengare, dicere vel consulere quod aliquis massarius comitatus tuderti recipiat in civem nobilem vel potentem vel ad honores civium nobilium vel potentum sub pena quingentarum librarum In qua pena potestas vel capitaneus talem contrafacientem pro qualibet vice teneat et debeat condempnare. ¶ Et nullus notarius talem arengam propositam, consilium sive dictum scribere audeat pena centum librarum, que tempore sindicatus ab eo debeat auferri. ¶ Et si proponeret, consuleretur, obtineret vel scriberet ipsa proposita consilium, Reformatio et scriptura non valeat nec teneat. Immo sit cassa inanis et vacua ipso iure et nullius efficatie vel momenti. ¶ Et iudex super laribus et libra communis tuderti vel aliquis alius officialis communis tuderti non possit nec debeat aliquem massarium pro quo sit propositum, arengatum et reformatum extiterit nec aliquem alium massarium dicti comitatus aliquo modo iure vel causa a libra vel laribus massariorum comitatus elevare, cassare vel cancellare Nec ponere applicare vel scribere inter cives nobiles et potentes vel elevari cassari vel cancellari aut scribi poni vel applicari facere ut dictum est, sub pena ducentarum librarum in qua per illum qui ipsum sindicabit debeat condempnari tempore sindicatus. ¶ Et quod nullus cuiuscumque condictionis existat, presumat aliquam ambaxiata litteras vel privilegium in contrarium predictorum impetrare vel impetrari facere ab aliquo domino spirituali communi seu universitate, nec impetratas presentare vel presentari facere communi tuderti ipsis litteris vel privilegiis uti sub pena ducentarum librarum a contrafaciente qualibet vice auferenda. Et quicquid contra presens ordinamentum acceptatum fuerit sit cassum, inefficax et viribus non subsistat. ¶ Et quod in electionibus defensorum et iudicum super laribus et libra que tempore celebrandis insatur

142

expresse q nullum massariu comitat tud' elevabit, cassabit ul
cancellabit a libra ul laribus comitat. Nec ponet scribet ul appli
cabit ad larem seu libram civium nobilium ul forensium nec fieri
permictet volentes predicta valere aliquo non obstante. Et q aliquis
fit massarius comitat et scribendus cum libra et lari int massarios comitat
tud' sit plena sufficiens et legitima probatio q ipse ul eius pat ul eius
avus patruus vel pavus reperiat scriptus inter lares massariorum co
mitat contra quam probationem nulla exceptio admictat. Salvo q hec
et alia que de predicta materia loquerent non vendicet sibi locum
in illis qui effecti sunt cives ex forma alicuius statuti ul reformat com. tud.

Plena probatio. Et firmo iure ... iure municipali ... quia nulla exceptio ... admicti.

Cxxxviij De Pena non perficientis opus com. Cxxxvij

Item statuum q si alicui laboretum ad coptimum vel alio modo
fuerit locatum per comune tudertii aliquod et ille cui locatum fuerit
illud non perfecerit aut malo opere vel laborerio fraudem comiserit
in centum sol. puniatur. Et comuni q defraudaverit in
duplum restituat.

Q laboratores teneant observare pacta et de pena non observantium Cxxxviij

Item teneatur potestas et capitaneus cogere laboratores terrarum
custodes silvarum et omnes qui hunt ad coptimum vel ad re
ditum seu ad laborandum aliquas terras possessiones silvas vinea
fundum vel domum observare et adimplere omnia q per eos debe
ant debita seu promissa secundum pacta inita inter ipsos et eos a
quibus causam ul rem talem habuerit nec possint ul debeant
de re ul rebus quos sic acceperint dominii conem aut alia conti... fiam
auctoribus suis facere et qui contrafecerint in lib. vigintiquinque cort.

Cxl

puniat. Et eadem pena puniat ille qui negaverit aliquem
esse consortem rei comunis. De Pena macellatorum vendentium

Cxli

carnes morticinas et alias pro dominicis contra istam formam Cxxxviiij

Item nullus vendat ul vendi faciat carnes morticinas
in civitate tud. ul deferat aliquas dictas in civitate ul deferri faciat

morticinum et qui contrafecerit in centum sold. puniatur et quilibet possit
accusare et habeat medietatem banni et nomen eius teneatur in credentia
possit tamen impune vendi de carnes extra civitatem ¶ Item nullus
macellarius inflet carnes aliquas alicuius bestie nec ponat adargnones
pinguedine alterius bestie et qui contrafecerit in viginti sold. vice
qualibet puniatur et quilibet possit etiam talem accusare et habeat
medietatem banni ¶ Item nullus macellarius vendat carnes scilicet
unam carnem pro alia nisi sicut sunt et nullum decipiat in vendendo
ad penam viginti quinque libr. den. cort. ¶ Item teneatur quilibet ma
cellarius vendere carnes ad pondus videlicet a decem libr. infra cum
belanciis et a decem libr. supra cum statera ad penam quadraginta
sold. et non ponderet cum dictis carnibus capita vel pedes nec inte
riora bestiarum ad penam viginti sold. ¶ Item quod potestas teneatur bis quolibet mense
admin(us) inquisitionem facere de predictis et in scriptis ¶ Possint tamen dicti ma
cellarii ipsas carnes ornare de propria pinguedine prout decet ¶ Item
si aliquis macellarius haberet stateram vel belancia falsam et non sigillata
puniatur in viginti quinque libr. qualibet vice ¶ Si non post sigillationem re
perta non fuerit iusti ponderis in quadraginta sold. vice qualibet pu
niatur. ¶ Item quod quilibet macellarius teneatur et debeat cuilibet emp(tori)
carnes de ipsis dare iustum pondus. Si autem non contrafecerit in quadra
ginta sold. vice qualibet puniatur et super predictis fiant et ponantur
custodes [illegible] prout per consilium fuerit ordinatum ¶ Item quod per
consilium generale etiam ordinentur loca ubi vendantur carnes boum
castratorum vaccarum et porcorum per se et ubi alie carnes aliarum be
stiarum etiam per se vendantur. ita tamen quod quilibet unus locus
ab alio distet per decem brachia ad minus et etiam eligantur
et eligi debeant per ipsum consilium custodes sufficientes prout placuerit
consilio et cum illo salario quod ordinatum fuerit per ipsum consilium
coram quibus suspendi debeant per ipsos macellarios pelles de [illegible]
bestie antequam incidantur ad penam quadraginta sold. den. et nullus

ad dictam penam, possit super eadem Bancha tenere diversas sortes carnes
De venditione vero aliarum carnium remaneat in provisione consilii
generalis. Item quod quibuslibet Kalendis et octo diebus ante nativita
te domini et octo ante pascha resurrectionis proponatur in generali consilio quid
placet super venditione carnium providere.

De pena incalgiantis lini — CXL

Item nulla persona retineat canape seu linum in civitate Tuderti burgis
vel suburgis non incalgiatum et contrafaciens in quadraginta
solidis puniatur qualibet vice. Et potestas teneatur predicta facere
banniri, et si quis reposuit extrahat et qui post bandimentum
inventus fuerit seu retinuerit inventum solidis puniatur.

De pena ... emptium die sabati ante nona — CXLI

Item nullus piczicarolus vel treccolus seu treccola mercet vel
emat aliquid die sabati ante horam none silicet pullos, caseum
ova vel aliquod genus avium, nec aliquis exeat extra civitatem
aliquo die sabati causa emendi aliquid ex supradictis per tria miliaria
et qui contrafecerit in quadraginta solidis vice qualibet puniatur
et quilibet possit talem accusare et credatur suo iuramento cum uno teste et
habeat medietatem banni. Et potestas et capitaneus teneantur fa
cere inquisitionem de predictis quolibet die sabati cuilibet ipsis et
habeatur pro legitima probatione de predictis relatio bervarioru et familiarum
potestatis et capitanei invenientes predicta vel aliquod predictorum.

De pena ... turpitudinem ... potatori ... — CXLII

Item statuimus quod nulla persona audeat vel presumat pro
icere vel proiici facere ... seu turpitudinem ...
... sine ossa, letamen aut ... vallis
... et ad ... tres
... contrafaciens ... solidis puniatur vice qualibet
et ... iuramento accusantis. ... vero que fluit et
venit ... super ... aut ...

vendatur ... / ... iung



C xliiij

... die sab
puniatur quolibet die sabbati
...

portam sub t(er)ra iniciat(ur) ita q(uod) ipsa putredo non appareat u(e)l videat(ur)
sup(er) ipsam viam nullo modo // Item nullus tabernarius uel ali
qua alia p(er)sona proiciat nec proici faciat aliquam turpitudi
nem lauaturam uel lissaturam carnium uel piscium seu
oleum sub pena viginti solidor(um) de qua medietatem habeat
accusator. Item nulla p(er)sona de domo balcone uel muro p(ro)iciat
aliquam cucturam uel fetorem in dictis locis sub pena p(re)dicta et
quilibet accusare possit et teneat(ur) incredentia et habeat medietate(m)
banni et si aliquis de familia p(ro)iecerit puniat(ur) d(omi)n(u)s dom(us) p(ro) quolib(et) de familia.

De p(ro)hibitis pellipellarijs et pena eor(um) Cxliij.

Item nullus pelliparius habens appotecha(m) iuxta plateam pos
sit in dicto loco uel appotecha aliquam bulsam facere et
non possit in platea comis extendere u(e)l p(ro)icere aliquos
cuniglos extractos de bulsa ad seuccandum nec extendere u(e)l
p(ro)icere in ipsa platea nec sup(er) scalis palatij uel spatus nec scutere u(e)l
bactare nec portare assognam effructa(m) nec ipsas pelles in pla
tea cum assogna vngnere et qui contra fecerit in p(re)dictis
casibus u(e)l aliquo p(re)dictor(um) in viginti solid(is) cort(onensium) puniat(ur) et p(re)dicta
o(mn)ia et etiam de alijs cucturis locum habeant in platea s(an)c(t)i Joh(ann)is
et circumstantijs ipsius platee. Et etiam ubicumq(ue) loquitur
hoc capitulum de pellipparijs intelligatur etia(m) de macellarijs
Et potas et capitaneus p(re)dicta facere obs(er)uare teneat(ur) et
etiam faciant bann(ir)i p(er) ciuitatem semel t(em)p(o)re sui regiminis // Item
q(uod) nulla p(er)sona maior decem annis cuiuscumq(ue) conditio(n)is existat
audeat u(e)l presumat facere nec p(ro)icere aliquam turpitudine(m)
u(e)l bructura(m) in platea co(mun)is tusci que vocatur platea s(an)c(t)i Johannis
nec etiam in platea maiori comunis p(re)dicti ad penam quinq(ue) solid(orum)
de facto auferenda(m) p(ro) quolibet (con)traciente et qualibet vice. In q(ua) p(ar)te

In qua p(ar)te platee uendant(ur) olera et de pena uendentiu(m) alibi. Cxliiij.

Item statuim(us) et ordinam(us) q(uod) omnes et singuli tam mares q(uam)

dextre quatr. iiij d. y sepolture

femine vendentes herbam sive foleas sine pena vendat in alia parte
platee veteris comis et non stet ad vendendum predicta iuxta cistenas
et intelligantur vendentes ad minutum, ipsi trecchioli et piççichaioli
minutatim vendentes. Qui vero contrafecerit in quinque sold. vice
qualibet puniatur. Et predicti piççichaioli et trecchiole purget
platea quolibet die sabbati maxime a kalendis maii usque ad kalendas octubris
post vesperas ad penam viginti sold. et locus ubi vendi debeat per potestatem ordi
nandus ex una parte platee militis seu sotietatis votatis cum duobus ex con
silibus mercatorum remaneat provisioni.

De pena trecchollarum filantium in platea

C xlv.

Item nulla trecchola vel panicocola vel mulier aliqua stet seu
stare debeat ad filandum in platea comis Tuderti, vel rocham teneat
ad cintura nec coquat vel nasspet nux olera poma seu fructus seu pane
nec teneat pueros pannos seu nec aliquid turpe faciat. Qui vero contrafecerit
in quinque sold. vice qualibet puniatur et quilibet possit tales accusare
et habeat accusator medietatem banni et quod quelibet panicocola vendens
panem ad minutum debeat habere unum baculum et semper ponat eum
et det emptori, ut cum ipso tangat panem quem vult.

C xlvi
C xlvii



De modo fuando tempore mortis alicuius.

C xlvi.

Item teneantur potestas et capitaneus facere servari infrascriptas con
suetudines, quod nulla mulier induat se de nigro propter funus nisi
esset uxor mortui et homines vero teneantur posito mortuo in ecclesia recedere,
et ipsum statim dimictere exceptis portantibus ipsum corpus mortui,
qui possint remanere ad sepelliendum ipsum corpus et postea nullus revertatur
ad ipsum funus, nisi qui veneat de comitatu vel qui esset absens
quando ipsum corpus fuerit portatum ad ecclesiam. Item quod nulla
mulier vadat ad ecclesiam cum corpore defuncti nisi esset bicchina que contra
fecerit in quadraginta sold. puniatur. Item quod nullum ca
daver vel corpus mortuum hominis quod fuerit etatis supra sex annorum possit
vel debeat ad ecclesiam sive sepulturam portari nisi prius notificatum

Nisi prius notificatum fuerit per potestatem

DI. IIII

fuerit per parte Comunitorum defuncti sive defuncte cur dicta potestatis
seu Capitanei civitatis tuderti et nisi familiares et officiales alterius
ipsorum rectorum astiterint. ¶ Et statim facta notificatione potestas et
Capitaneus vel alter eorum cuius curia fuerit requisita teneatur si
ne mora temporis unum de notariis maleficiorum cum berrovariis ad locum
predictum trasmictere cum effectu et talis officialis et familiares a do
mo unde defuncti corpus exhibitur usque ad ecclesiam corpus associet
et cum gentibus funeris redeant usque ad domum predictam et quando
Corpus mortuum exhibitur de domo ante vel post Nulla mulier de
beat domum exire vel extra domum aliquos stridores vel funera
quomodolibet celebrare ¶ Et nullus cuius vel comitatensis tuderti
vel forensis in aliquo loco in domo vel extra quando corpus mortuum
portatur ad ecclesiam ante vel post possit vel debeat se decapil
lare stridere vel clamare vel faciem laterare crines vel pannos aut
manus Iunccere vel pectus contundere aut capucium extrahere de ca
pite vel barrectam ¶ Item ecclesie non fiat nec recipiat aliqua
Ensenia nec convivia ultra quactuor homines et sex mulieres
nisi venerit de extra Civitatem tuderti vel nisi inter Coniunctos
usque in sextum gradum talis defuncti ¶ Item nulla mulier in aliquo
funere debeat cantare vel repotare ¶ Nec antequam portetur mortuus
ad ecclesiam fiat aliqua predicatio laycorum et Notarius et officialis
qui fuerit ad predicta scribat contrafacientes sive perpendere poterit
¶ Et si non corpus mortuum preter quam corpora minora etatis predicte
portatum fuerit ad ecclesiam sine presentia talis officialis cur
tudertinus puniatur heres seu heredes universales defuncti in sol
dis centum cortonensium et pro quolibet et qualibet qui vel que contrafe
cerit in predictis vel aliquo predictorum in soldis centum Cortonen
sium ¶ Item nulla mulier postquam corpus mortuum portatum fuerit
ad ecclesiam et homines redierint ab ecclesia et facta predicati
one ipsis mulieribus non debeant stare scapigliate set facta.

Vocat notar. malleficior.

predicatione debeant eorum capita velare et vultus seu facies eorum
non lacerare et manus ad invicem concutere pectus non lacerare
et non gridare stridere nec aliquem fumum facere et pannos de ca
pite non elevare pena et banno centum soldorum pro qualibet
contrafaciente et qualibet vice qua pena dominus potestas vel ca
pitaneus communis tuderti et eorum officiales contrafacientibus auferre
teneantur et teneantur et debeant dicti officiales vel alter eorum
procedere contrafacientes et ipsas repertas culpabiles vel aliquam
earum punire et condempnare secundum formam dictorum ordinamentorum
et quod de hijs ipsi vel alter eorum qui requisitus fuerit ad
ipsum summus modo supradicto teneatur facere inquisitionem et veritatem
exquirere a quatuor primoribus contratarum et repertas vel re
pertam culpabiles condempnare et punire ut dictum est. Et
ad dictam penam solvendam teneatur maritus pro uxore pa
ter pro filia et frater pro sorore aliquo statuto facto vel or
dinamento non obstante. Item nullus consanguineus
ipsius mortui predicto tempore possit se induere de nigro sub pena
decem librarum cortonensium. Item nullum corpus alicuius mortui possit
vel debeat portari in cassa ad ecclesiam nisi esset miles vel iu
dex sub pena vigintiquinque librarum. Item quilibet qui sunt
extra portas civitatis veteris si non possent intrare
civitatem ad notificandum curie communis tuderti quod talis est
mortuus ante quam portetur ad ecclesiam ad dictam penam
minime teneatur dummodo dicant custodibus portarum seu
porte illius burgi in quo habitaret vel esset mortuus qui
custodes talem denumptiationem facere teneantur ad dictam
penam. Item quod infra tertiam diem post humationem defun
cti dominus potestas vel dominus capitaneus tuderti cum fuerit no
tarius qui interfuerit funeri debeat et teneatur sollep
nem inquisitionem facere et super ea examinare

fiat igitur infra tres dies post
funeratione

saltim quattuor homines primiores vicinos ipsius defuncti si
in predictis vel aliquo predictorum premissorum fuerit contrafac-
tum et repertos culpabiles punire et condempnare ut prefertur
et sic in omnibus et per omnia potestas et capitaneus teneantur
servari facere ¶ Et hoc capitulum potestas et capitaneus teneantur
legi faciant alta voce in consilio generali ubi esse debeant ad
minus ducentum consiliarii ¶ Et ipsi domini potestas et capi-
taneus predicta banniri faciant quolibet die kalendarum per
civitatem tuderti in locis consuetis ad duas tubas et alta
et voce preconia divulgari ¶ Et si potestas vel capitaneus
in hiis vel aliquo predictorum fuerit negligens perdat de suo salario
ducentas libr. cortonensium et de hiis debeant sollempniter sindicari
et stetur relationi notarii curie de predictis contrafacientibus
et habeatur pro plena probatione cuius pene medietas sit communis
tuderti et alia medietas sit domini potestatis vel domini capitanei
vel alterius eorum qui de predictis congnosceret ¶ Si vero
aliquis requiri fecerit per aliquem suum nuntium aliquem
officialem potestatis vel capitanei seu familiarem ut
iret ad aliquod funus vel interesset secundum formam dicti
capituli et aliquis officialis non iret ad penam aliquam
non teneatur et de requisitione stetur iuramento nuntii

Rogatur in consilio generali ubi sint cc. quolibet mense

Banniatur quolibet die kalendarum

Statur relationi notarii et habetur capitulum pro probatione

De pena civis ementis pisces a forense et tabernarii vendentis pisces fluminis. CXLVI.

Item quod nullus civis vel comitatensis nec aliquis ali-
us emat pisces cuiuscumque conditionis de aliquo flu-
mine civitatis tuderti nec ab aliquo forense qui eos ap-
portaret ad vendendum undecumque adduceret nec civis vel
comitatensis associet vel stet cum aliquo forense ad
vendendum aliquod genus piscium et qui contra fecerit
in centum solidis vice qualibet puniatur de quo banno
medietatem habeat accusator ¶ Item nullus tab-

narius vel tabernaria vendat pisces alicui fluminis comitat(us) tudert(i)
ad dictam penam super quibus omnibus (et) singulis potestas teneat(ur)
facere inquisitionem (et) contrafacientes condempnare secundum formam p(re)s(entis) capituli
et stetur de contentis in p(re)s(enti) capitulo relationi cuilibet de familia
potestatis. ¶ Item teneatur potestas quindecim diebus ante introytum
quadragesime proponere in consilio generali de modo (et) forma ven-
dendi pisces possit tamen quilibet capiens ipsos pisces (et) appor-
tans impune vendere ipsos. ¶ Quod liceat cuilibet venire ad vendendum
pisces et de modo servando tempore quadragesime et de pensione macelli — CXLVIII.

Item statuimus quod quelibet persona per totum tempus quadrage-
sime maioris (et) omnibus diebus ieiunii possit venire stare (et)
reddire secure in persona et rebus ad apportandum et vendendum
pisces in civitate tuderti aliquibus represaliis non obstantibus
que ex nunc dicto tempore pro suspensis habeantur. ¶ Et quod nulla persona
tam civis quam forensis deferens pisces ad vendendum possit vel de-
beat per se vel alium starcare vel sciacchiare facere vel reponere
aliquam salmam vel cistam piscium nisi in macello generali communis tuderti
de quo macello ipsos pisces non possint neque debeant extrahere (et)
nec extrahi facere nisi primo vendiderint ad minutum ad penam quadra-
ginta solidorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice
et quilibet possit contrafacientes accusare et habeat medie-
tatem banni. ¶ Item quod forenses volentes in dicto macello ven-
dere pisces stent (et) stare debeant per se divisim (et) separati a
civibus de civitate (et) comitatu tuderti ad dictam penam. ¶ Et quod nullus
civis vel comitatensis vel habitator in civitate vel comitatu
tuderti possit vel debeat pisces emere in grossum a forensibus causa
revendendi in civitate vel comitatu tuderti ad penam
predictam pro quolibet contrafaciente et qualibet vice
Et quilibet accusare possit contrafacientes (et) habeat medie-
tatem banni. ¶ Et pesciaioli forenses in civitate tuderti tenea(n)tur

fuit ... ...



CXLVIII



non habitantes qui pisces portant ad vendendum ad civitatem tu
derti stent et stare debeant et possint in dicto macello in destris
macellariorum in loco iuxta stallas palatii potestatis separatim
divisim a pesciaiolis civitatis et comitatus tuderti. Et siquis
pesciaiolus forensis inter pesciaiolos tudertinos se immiscuerit
puniatur pena supradicta. Et quod macellarii non possint neque de
beant ipsos pesciaiolos molestare in dictis diebus et temporibus sub
dicta pena. Et quod nullus pesciaiolus habere possit neque
debeat aliquod destrum seu ingomboramentum inter banchos
pesciaiolorum tudertinorum et banchos pesciaiolorum forensium cum
ipsi pesciaioli cives et forenses solvant com. tud. annua
tim pro pensione et nomine pensionis ipsius macelli viginti quinque
libr. cort. satisfacientes in habendo ipsum destrum vel ingombo
ramentum in ipsa pena supraScripta quadraginta soldorum pro qualibet
puniatur. Et ad predictas viginti quinque libr. integraliter persolve
ndas ad petitionem custodum pesciaiolorum ipsarum viginti quinque librarum et
cuiuslibet ipsorum custodum vel illorum qui exigerent ad solvendum ipsas
viginti quinque libr. milites dominorum potestatis et capitanei et cuiusli
bet ipsorum dominorum qui primo fuerit requisitus teneatur et debe
at omnem opportunam executionem facere contra non sol
ventes et solvere et contribuere debentes ad ipsas viginti
quinque libr. ad penam decem libr. de eorum potestatis et
capitanei salario et vinculo iuramenti quas decem libr. com.
com. tud. ipsi sindicatus ipsius potestatis vel capitanei retinere te
neatur si negligens fuerit in predictis. Et hoc tamen
ordinamentum locum non habeat neque se extendat ad ven
dentes tondinam vel pisces salsos qui vendere possint ubique
sine pena. Et potestas et capitaneus semel in ebdomada tempore
quadragesime maior faciant inquisitionem de contentis
in dicto capitulo et contrafacientes in aliquo de predictis puniat.

penis supscriptis de facto.

De pena vendentium vinum ad minutum contra infrascriptam formam. CXLVIII.

CXLVIII

Item statuimus quod quicumque de civitate seu comitatu Tuderti voluerit vendere vinum quod libere possit vendere dum modo vendat ad pitictum et dertatam vendendo ad minutum et habeat et habere debeat petictum iustum et medium pitictum, folgliectam, terzarolam et dertatam sigillatam causa vendendi vinum sigillatas sigillo comunis ad hec ordinatum. Et aliter vendi non possit. Et nullus sine mensura vendat vinum alicuius cuiuscumque generis absque modo et pensione consilii. Et potestas primo mense sui regiminis teneatur proponere in consilio quolibet mense sui regiminis de modo vendendi vinum. Et etiam si placet ipsi consilio quod vinum forense vendatur seu veniat in civitate. Item teneatur potestas facere mensurari omnes mensuras vendentium vinum ad minutum et quas invenerit rectas facere sigillari sigillo plumbeo. Et quilibet vendens teneatur habere mensuras sigillatas et cum eis vendere. Item nullus vendens vinum ad minutum possit recipere ab aliquo ataquetum et quotiens contrafecerit in decem libris puniatur pro qualibet vice et semper ponatur pro vendentem et possit appodissa scripta de precio pitictii et ipsius vini. Et teneatur potestas fieri facere cerchiam de predictis et culpabiles punire secundum formam huius capituli et si esset non suppositus vini vendens puniatur ille cuius esset domus in qua vinum venderet. Et quilibet vendens vinum possit etiam alias mensuras magnas et etiam vasa pro aqua tenere dum modo non vendat cum eis et nullus tabernarius seu vinum vendens dare debeat mensuram scemam seu non plenam ad penam viginti solidorum



vid. aliud statutum c.lxxxxviii

De pena ducentis aial egrotu ad fonte et mortuu in civit. CL.

Item quicumq haberet aliquod animal egrotum de quo du-
bitaretur ne alie bestie egrotarentur, non ducat nec
duci faciat ad aliquem fontem co(mmun)is (et) contrafaciens i(n)
viginti soldis vice qualibet puniatur, de quib(us) medi-
etatem habeat accusator, (et) postq(uam) fuerit a(nim)al mortuu(m) sic
egrotatum teneatur ille cui(us) e(st) facere ip(su)m portare ex(tra) civitat(em)
tuderti aliq(uan)tu(m) p(er) medium miliare ad pena(m) p(re)dicta(m). Item
nullus possit u(e)l debeat p(ro)icere aliquam bestiam mortua(m)
i(n) platea co(mmun)is u(e)l i(n) aliquo loco civitat(is) tuderti ad pena(m) p(re)dicta(m).

De pena capientis colubos. CLI.

Item statuimus q(uod) nulla p(er)sona capiat, u(e)l capi faciat,
aliquem columbum domesticu(m) u(e)l dimisticam ad ali-
quam escatinam u(e)l azelum u(e)l ad aliquod ingeni-
um et qui contrafecerit p(ro) quolibet colubo sic capto pu-
niatur in quadraginta soldis, et dampnum emendet, et
stetur et credatur sacramento accusatoris usq(ue) i(n) summa
duor(um) columbor(um) et ab inde sup(ra) et p(ro)bari possit q(uo)d ta-
lem captorem p(er) tres testes de publica fama. Item
nullus possit tene(re) aliq(uo)d a celum u(e)l aliq(uo)d ingenium ad
q(uo)d possit aliquis columbus capi a die ca(r)nisp(ri)vii usq(ue) ad festu(m) om(n)ium
sanctor(um) sub pena quadraginta soldor(um). Item nullus possit
occidere aliquam columbum seu percutere u(e)l sagittare
ad penam viginti soldor(um). Item si aliquis picciaiolus ha-
beret columbos aliquos ad vendendum et aliquis qui ha-
beret columbariam seu columbos peteret ab ip(s)o pic-
ciaiolo unde ip(s)e habuerit, seu a quo teneatur ip(s)e
picciaiolus dic(er)e a quo emit et si non diceret puni-
atur in quadraginta soldis. Item si i(n) tenuta alicui(us) castri
u(e)l ville fuerunt capti aliqui columbi de aliqua columbaria

sindicus et homines talis castri uel ville teneantur corperere et in fortiam communis presentare uel saltim denumptiare talem capientem columbos in con(tra)[?] terruta de aliqua columbaria et si ipsum non presentaverint teneatur universitas talis castri uel ville in cuius uel quorum territorio erunt capti columbi dampnum illi cuius erunt dicti columbi emendare.

De pena coquentis crescias — Clij.

Cliij Item statuimus quod nullus fornarius seu fornaria coquat nec cnoquere possit uel debeat in suo forno pro ali quibus aliquam cresciam scilicet quindecim diebus ante festum omnium sanctorum et quindecim diebus post dictum festum ad penam viginti soldorum pro qualibet vice et quilibet possit talem cnoquentem cum crescia seu ipsam cresciam de ferentem accusare et habeat medietatem banni et teneatur in credentia et potestas teneatur facere ea omnia banniri quindecim diebus ante festum omnium sanctorum.

banniat quindecim diebus ante festum omnium sanctorum

De pena portantis pannum ad gualcandum extra comitatum — Cliij.

Cliiij Item statuimus quod nullus audeat uel presumat portare pannum ad gualcandum extra civitatem et comitatum tudertinum ad penam decem soldorum cuilibet et potestas teneatur ea facere banniri ad petitionem petentis.

De pena fornariorum coquentium contra infrascriptam formam et cautione ipsorum et modo servando per eos. — Cliiij.

Clvij. primo mense Item statuimus et ordinamus quod potestas teneatur primo mense sui regiminis recipere fideiussores ab omnibus et singulis fornariis in civitate tuderti et eius burgis et suburgis moran tibus tantum et quolibet ipsorum quod bene cnoquant panem sine fra ude et malitia pro quactuor soldis pro quolibet cobele et nichil aliud plus habere possit per se uel alium de sua familia. Et si aliquis pannis perderetur teneatur fornarius seu fornaria sive de civitate fuerit sive de comitatu eum dare simpliciter

vel bis admictentis, et non calefaciat furnum cum ossis sive cracijs
olivarum. ¶ Item siquis vellet calefacere furnum cum suis lignis
possit, et tali de suis lignis calefacienti non accipiat for-
narius nisi unum panem pro furno suo. ¶ Item siquis desisteret
quoquere pane, seu pane quoquere nollet ad petitionem alicuius qui vellet quo-
quere panem puniatur fornarius desistens seu non quoquens in viginti
solidis pro qualibet vice et stetur iuramento accusatoris. ¶ Item nullus for-
narius vendat aliquem panem ultra duos denarios ad penam quinque solidorum
pro quolibet pane, et quilibet de predictis possit fornarios contra
facientes accusare et habeat medietatem banni. ¶ Item
quod eligantur duo homines pro qualibet regione qui denump-
tient fornarios contrafacientes si non quoquens panem volue-
rit dare panem pro coctura det unum panem de quibuslibet
vigintiquinque panibus, et si plus peteret fornarius vel aliquis de
sua familia puniatur in viginti soldis pro qualibet vice. ¶ Item
teneantur iurare omnes fornarij et omnes de eorum familia
a quatuordecim annis supra observare omnia et singula suprascripta.
¶ Item non cogatur aliquis fornarius de comitatu ad sol-
vendum aliquid pro lumine in festo sancti Fortunati per consu-
les fornariorum nisi esset talis fornarius qui continue furnum
calefaceret ad pretium pro pane quoquendo.

De Mollarijs et carriatoribus — CLV.

Item statuimus et ordinamus quod potestas teneatur facere
iurare et promictere omnes illos mollarios et carriatores qui mul-
turam recipiunt, ut non auferant nec auferri faciant ullo
modo vel ingenio nisi de viginti quactuor partibus una de eo-
dem frumenti seu etiamque bladi. Si carriatores ipsum bladum vel
frumentum cum eorum bestijs portarent, set si aliquis cum
sua bestia portet non auferat nisi de viginti partibus unam
de ipso frumento vel blado aut duos soldos leto illius pretij si sol

neto noluerit ille qui potat. ¶ Siquis vero Mollarius vel carriator
acceperit plus quam dictum est, aut non restituerit farinam sic debi
tam, possit ille cuius erit farina accipere sibi somariam non obstante
quod erit super ea et ipsam tenere quousque fuerit satisfactum de suo
dampno, de quo dampno stetur iuramento recipientis damp
num. et si querela inde erit quod non emendaret puniat eum
potestas in viginti soldis et etiam dampnum faciat emen
dari. ¶ Item teneantur Mollarii predicti et debeant et carriatores
iurare et promictere coram potestate non scaricare vel caricare ipsum
bladum vel farinam nisi ad domum illius cuius erit, et a domo
sendinum. ¶ Et non solum dominus bladi set etiam quilibet
de sua familia possit conqueri de talibus mallariis et
carriatoribus consuetis potare et carriare bladum de suo
dampno. ac etiam teneantur ipsi Mollarii et carriatores consu
eti carriare et potare bladum ad petitionem cuiuslibet pe
tentis ad penam viginti soldorum et stetur simplici verbo
petentis. ¶ Quod capitulum teneatur potestas det suo tempore sui
regiminis legi facere in publica Consilio generali non possint ipsi
Mollarii et carriatores habere consules similes vel pentatores et
qui talem officium acceptaverint in decem libris puniatur
de malo incarnato stetur etiam simplici verbo dapnum recipientis
Et sic potestas faciat emendari. ¶ Item teneatur potestas
tempore sui regiminis proponere in Consilio generali de pesa bla
di facienda per commune.

De pena Notarii non scripti in matricula exercentis artem. CLXVI.

Nullus Notarius non scriptus in matricula notariorum
et approbatus per Consules dicte artis possit artem
Notarie in Civitate vel comitatu tuderti exercere. et contra
faciens in viginti quinque libris cortonensium puniatur et potestas
teneatur predicta facere bamnari quolibet mense per civitatem. ¶ Et hec

non intelligantur vel extendantur ad notarios forenses qui pro tempore
erunt in aliquo officio communis Tuderti de hiis que scribent tamquam con
officiales. De pena exercentium procurationem contra infrascriptam formam
et modo scribendi aliquem in matricula notariorum. Clvj.

Item statuimus quod nullus cuiuscumque status et conditionis existat Clvii
audeat vel presumat in causis civilibus vel criminalibus coram
aliquo iudice vel officiali communis Tuderti iurisdictionem haben
te quocumque nomine nuncupetur procurationis actorie vel cure of
ficium exercere pro aliquo cive vel comitatense Tuderti vel pro aliquo
forense nisi fuerit constitutus procurator actor vel curator filius
a patre pater a filio frater carnalis a fratre carnali vel ab
aliquo eius consanguineo ex paterna linea vel materna
vel ab aliquo eius affine usque in quartum gradum con
putando gradus secundum iura canonicum vel nisi talis procurator
actor et curator esset scriptus in matricula notariorum civitatis
Tuderti contrafaciens in viginti quinque libris. Et insuper puniatur
¶ Nullus etiam officialis communis Tuderti talem procuratorem ac
torem vel curatorem audiat postquam sibi notificatum fue
rit quod talis procurator actor vel curator non est scriptus
in matricula suprascripta. Et ad hec officialis teneatur in
casu iuramenti. Ita tamen quod hec non intelligantur in illis qui
secundum formam statuti habentes sunt pro popularibus civitatis vel
comitatus Tuderti qui populares possint procurationis ac
torie et cure officium libere exercere. ¶ Et quoniam
de notariorum matricula hic tractatur ne in ipsa
matricula scribatur aliquis insufficiens in futurum
duximus ordinandum quod de cetero consules dicte
artis notariorum inscribendo aliquem in dicta matricula
formam servare debeant infrascriptam. videlicet quod cum
aliquis petierit se scribi facere in dicta matricula debeat facere

beamus publice adnuntiam dicte artis, et in ipsa in qua consilia-
rii dicte artis et alii notarii ad minus numero quinquaginta co-
sulibus et consiliariis in numero ipsorum non computatis. Et quod ille
qui peteret scribi in ipsa matricula in ea non scribatur nisi obti-
neretur per duas partes ipsorum consulum, consiliariorum et
notariorum facto partito inter eos ad bussulas et pallottas et
aliter aliquis in ipsa matricula scribi non possit. Et si contra dictam formam
scriberetur non valeat nec teneat, et pro non scripto censeri debeat et haberi.

Quod notarii legant contractum partibus. Et de modo servando in cancellationibus. Clxiij.

Clxiii Item statuimus quod notarii legant et legere teneantur et debeant
contractus factos per eos et que ipsi notarii scribere deberent
facta conventione et rogati ab ipsis notariis scribi ante
quam partes discedant et legere coram partibus. Et notarii qui ro-
gati et instrumenta conficerent et conficient teneantur in cancel-
latione ipsorum rogitum scribere diem cancellationis, locum ubi fit cancellatio
et nomina testium qui presentes erunt ipsi cancellationi dummo-
do locum non habeat in decem libris et abinde infra.

De modo servando in contractibus filiorum familias. Et pena notariorum contrafacientium. Clxiiij.

Item statuimus et ordinamus quod notarius quilibet querat a con-
Clxiiii trahentibus ante quam ad contractum procedat et a testibus
si aliquis ex contrahentibus est filius familias vel non. Et si di-
ceretur quod aliquis ex eis esset filius familias vel de quo esset
bannitum quod nullus contrahat cum eo non faciat talem contrac-
tum nisi cum consensu patris vel nisi servata fuerit sollemp-
nitas capitulorum huius statuti loquentium de presenti materia
positorum in tertia distinctione. Notarius contrafaciens in decem
libris comuni puniatur. Et si fieret contractus non valeat et
nec teneat, et ipse notarius teneatur talem contractum cancellare
ad petitionem talis seu patris vel alium consanguineorum
sic male facientis. Et si aliquis dixerit se emancipatum
fore cum vellet aliquem celebrare contractum

Notarius querere debeat ab eo q. stipulante confectionem
contractus instrumentum emancipationis hostendant. et
q. si sibi non demostraverit non possit conficere talem
contractum et si fecerit non valeat et ipso talis filius
non intelligatur in eo in aliquo obligatus.

De pena notarij scribentis instrumentum illius qui dicitur lusisse clx. Clx.

Item statuimus et ordinamus q. notarius qui scripsit aliquod
instrumentum alicuius qui diceretur lusisse aut aliquam aliam
obligationem postquam notificatum fuerit per statutum Consules
seu consules nomine pene in viginti quinque libras debeat
condempnari pro qualibet vice et contractus talis non vale
at nec teneat set ipso iure sit cassus et nullius valoris
et quicunque advocatus prestiterit patrocinium vel advocationem
fecerit contra aliquem obligatum in tali contractu solvat
nomine pene in viginti quinque libras pro qualibet vice postquam
fuerit tali advocato denumptiatum per Consules notariorum

De ... per notarios in contractibus et pena notarij ponentis licterum propriam parte. clxj. Clxj.

Item statuimus q. ad hec ut instrumenta confecta
per Notarios falsificari non possint nec per aliquem in
aliquo vitiari q. quilibet Notarius de civitate et co
mitatu tuderti teneatur in Celebratione contractus habere
adminus duos Testes sibi notos contrafaciens in vigin
ti soldis vice qualibet puniatur. Et quia illud est ab
hominibus per temporis memoria adinventum ut in instrumen
tis et actis et aliis scripturis ponantur annus domini et Indictio
prudenter ut singula quia gestis manifestant sive in iudiciis sive
ubicunque conficiuntur et quelibet scripture et Tabelliones
quacunque forma decuincta conscribant in hac civitate et
eius districtu hoc modo conscribere teneantur videlicet
licet anno domini millesimo Tricentesimo et ...
Indictione et ... ponendo millesimum Indictionem

et diem extense et non per figuras numerales ¶ Et
in qua scriptura appareret que nativitatis domini expressam mentionem
non fecerit presumatur modo et forma predictis fore fac
tam et tempore die Nativitatis domini nostri yhesu christi annus qui
libet habeat initium ¶ Et quod Notarii civitatis et comi
tatus tuderti contractus conficientes suum nomen
nomen patris nomen avi paterni et Regionem et
parocchiam unde fuerit in qua habitant si fuerit
habitator in sua subscriptione scribere teneatur Et
nomina contrahentium et partium et aliorum non co
ntrahentium et Regionem et parocchiam in qua habitat
si habitaverint in Civitate ¶ Si non in comitatu nomen
castri vel ville et hec etiam observent Notarii curiarum
maleficiorum communis tuderti in nominibus partium et fide
iussorum vinculo Iuramenti et qui contrafecerit in vigin
ti soldis cortonensium vice qualibet puniatur

Civitatis si non comitatus nomen castri vel ville ubi habitant

Clxii De pena mictentis papirum de alio quam bambace. Clxii

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona de
beat mictere aliud papirum quam de bambacio et qui
contrafecerit puniatur pro qualibet vice in quinque sol
dis et nulla persona possit vel debeat aliquod laborerium
Cere facere nisi de Cera pura et qui fraudem com
miserit puniatur in viginti quinque libris. De pena accipientis
Clxiii aliquid pro passatia fluminis contra istam formam Et modo tenendi naves in flumine. Clxiii

Item statuimus quod pro hominibus plebatus sancti Bar
tholomei de Concellaria fiat et fieri debeat una Ca
tena de ferro fixa in una Colupna de quercu cum ser
ramine pro Navi manutenenda ad portum Tiberis qui di
citur portus filiorum Zacchei quos quidem Catenam Colup
nam Navem et portum homines et universitas plebatus sci

Martini dicti plebatus teneantur et debeant die noctuque bene
sollicite et diligenter ad passum dicte Navis custodire vi-
delicet duo ex eis quolibet die et nocte prout tenentur alii ho-
mines et massarii comitatus Tuderti ad passus custodie ad
penam in ordinamentis de custodia passuum loquentibus con-
tentis ita quod dicta Navis Catena et Colupna non possint
ab aliquo subripi vel devastari Et quod homines et sindicus
dicte ville non teneantur nec cogi possint per aliquem offi-
cialem comunis Tuderti ad custodiam faciendam ad aliquem
passum preterquam ad passum navis predicte. Et si dicta Ca-
tena vel navis ibidem dolose devastaretur vel usur-
paretur sive furaretur quod homines et universitas dicte ville
plani sancti Martini teneantur et debeant ad refectionem
dictarum Catene Navis et Colupne eorum propriis expensis nec
de mala custodia valeant excusari aliquo in contrarium
non obstante. ¶ Item teneantur potestas et qui loco eius
fuerit facere teneri unam bonam Navem in Tiberi in
dicto loco qui dicitur portus filiorum Cacchey in qua pos-
sint redire et transire cives et comitatenses cum eorum
rebus volentes passare super ipsa Navi quam Navem
in dicto portu teneantur facere omnes homines ple-
batus sancti Bartholomei de Tenellaria et omnes alii
adiacentes ipsi portui et qui a duobus annis citra et
per ipsum tempus fuerunt adiacentes et consueti sunt re-
tinere ad dictam Navem et etiam teneantur dicti ho-
mines habere Navigatores in dicta Navi qui ipsam Navem
tenere in conciamine et salvitate et pro salario et
remuneratione ipsorum debeat eis solvi et inter
eos dispensari decem libr. de pecunia comunis Tuderti
quolibet anno et non plus et intelligatur solutio decem

decem . librarum quam dicte solucerit datam communi tuderti per ipsos ho
mines . et de pecunia ipsorum date solvantur ipse decem libre qua
solutionem dictarum decem . librarum . Camerarius dicti plebatus faciat
fieri ratiis de denariis dicte comunitatis date ad penam quinquagin
ta librarum de suo salario que quidem navis sit sufficiens pro tra
situ trium vel quactuor equorum et siquis dictis navigantibus
contradixerit transitum ubicumque eis placuerit fluminis puniatur
in decem . libris . et ipsis navigantibus liceat navigare hinc inde per
Tiberim et portum fluminis et explanare ut eis placuerit et si
debitum sine aliqua contradictione . et siquis ipsam navim ma
litiose dissolverit vel in aliquo leserit puniatur in centum
soldis et dampnum emendet nisi ipsam navim dissolverit de
licentia potestatis Et nullus in ipsa navi mictat lapides nisi
esset super bestia ad dictam penam de quibus omnibus teneatur
potestas a dictis hominibus dicti plebatus et aliis qui sunt
soliti tenere ad dictam navim recipere bonos fideiussores
de faciendo et tenendo dictam navim et de servando omnia supra
dicta . Liceat tamen cuilibet volenti sine expensis fluminis san
nostrum tenere in portu filiorum Gactheri ubi est navis et
possit accipere aquolibet transeunte unum denarium et
per qualibet bestia grossa unum denarium per qualibet vice
. Item illi qui tenent seu tenere voluerint naves in portu Rupina
ter motierum possint recipere et sibi satisfiat secundum modum con
suetum ita tamen quod non accipiat aliter homine nisi unum denarium tantum
et per qualibet bestia grossa duos denarios Contrafaciens in vigin
ti soldis de facto vice qualibet puniatur et stetur Iu
ramento accusatoris . Nullus non obstante formam presentis ca
pituli audeat vel presumat auferre vel auferri facere aliquid pro
passatura sive transitu alicuius fluminis transeundo
per navim aliquam civis vel comitatensis tuderti in aliquo loco

Comunitas tuderti

DI. IIII.

Comitatus tuderti immo navigantes debeat conducere homines et passare et res eorum sicut tam Cives quam comitatenses sine aliquo pretio vel mercede et si aliquis in portu montis vellet habere navim suis sumptibus et expensis ab utraque parte fluminis habens possit aptare portum et passum sine contradictione alicuius et navim religare et religatam tenere ita tamen quod teneatur tales habentes navim passare in eundo et redeundo ipsos homines et rebus sine aliquo pretio vel salario et intelligatur de hominibus et personis Civitatis et comitatus tuderti et aliis quibuscumque non debeat accipi passaturam per Comune tuderti et de illis qui sunt societatem habent cum toto tuderto.

Salvo tamen quod possit habere scannolum in dicto portu sine dicto honere set ipsum scannolum non possit appodiare ad terminum alicuius sine sua cuius fuerit voluptate et si contrafecerent in viginti soldis puniatur et valeat ipsum officium exercere ubicumque hominibus placuerit et possint habentes inde libere navigare sine pena

De pena facientis aliquem citari extra iurisdictionem tuder. Clxiiij. Clxviii

Item statutum quod si quis citatus fuerit aut conventus ad aliquam aliam civitatem quam ad civitatem tudertinam ad petitionem alicuius clerici vel layci Civitatis aut comitatus tuderti vel alicunde Potestas teneatur eum precise cogere qui citari et requiri fecit ad petitionem citati vel requisiti ut desistat a tali molestia modis omnibus quibus potest et etiam teneatur Potestas illi tali auferre nomine pene Centum libras denariorum si laycus est et si clericus cogat patrem si habet aut fratrem vel fratres seu proximiores consanguineos ad solvendum ipsas Centum libras denariorum de quibus medietas sit comunis et alia medietas detur citati seu conventi et nichilominus possit talis citatus et sui sequaces ipsum qui eum citari fecit impune offendere si ab ipsa citatione et molestia non desisteret et nichilominus Potestas teneatur talem citatum defendere expensis comunis tuderti ad petitionem talis sic citati aliquo capitulo non obstante.

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI · ARCHIVIO

Et si potestas fuerit negligens in predictis solvat de suo salario v
Centum libr. Item teneatur potestas ponere in consilio primo
mense sui regiminis si aliquid est addendum vel faciendum super
ipso Capitulo et ad consilio placuerit executioni mandetur.
Et si aliquis qui aliquo ex suprascriptis modis cogi non posset
personaliter nec eius consanguinei faceret vel fieri faceret talem
citationem habueret terras vel possessiones in Civitate vel Comi
tatu tuderti precipiatur eius laboratoribus et conductoribus
ne laborent tales possessiones seu a tali conductat vel tene
ant aliquid ad penam Centum librarum et quilibet possit in dictis
possessionibus et rebus dicti talis si non desisterit dampnum dare
sine pena et banno et Nullus possit in aliqua causa talem
Juvare aut ei in aliquo auxilium vel favorem dare ad
penam quinquaginta librarum. Hoc capitulum ut hic Jacet
in volumine statutorum erat et non fuit de novo conditum per
predictos statutarios.

De pena mercatoris non cancellantis credentias solutas clxv

Item teneatur potestas facere Jurare mercatores et Camp
sores ut deuastet scripturas credentiarum postquam fuerit
eis satisfactum et si non devastaverint ipsas credentias
seu scripturas et iterato repeteret denarios sibi solutos tene
atur Judex Coram quo fieret talis petitio tali mercatori
vel campsori auferre nomine pene et banni solidos Centum
denariorum qualibet vice et pro qualibet ratione non cancellata
et repetita. Quod cuilibet liceat in die sabbati habere banchum
in platea Et de modo purgandi platea clxvi

Item statuimus quod omnes habere possint in Civitate tuderti
et in platea comunis tuderti banchum et alia necessaria die
sabbati tantum exceptis venditoribus fructuum et olerum
qui possint habere deschos omni die pro vendendo olera

et fructus et pisces i dicta platea et qui fecerit contra predicta solvat nomine pene quinque soldos cort. Et quilibet qui habet appotecham in platea comunis tuderti non possit habere destum et amplum ultra tres pedes ad pedem comunis et qui ultra dictam mensuram habuerit vel tenuerit in decem soldis vice qualibet puniatur. Et camagnarij teneantur et debeant mundare et purgare plateam comunis si placuerit consilio et etiam viam stantem inter ecclesiam sancte felicis et domum filiorum domini marchi usque ad hostium domus Celli domini Nicholy in qua fit forum die sabati

De pena occupantis terras montis marte. clxvij. clxviii

Item quicumque de Civitate vel comitatu tuderti occupaverit vel occuparet per questionem motam vel movendam vel aliquo alio modo de terris vel possessionibus montis marte positis infra confines contentos in instrumento venditionis facte de ipso territorio montis marte et tenuta ipsius per sindicum et comunis perusij sindico comunis tuderti teneatur et debeant restituere et renumptiare omni liti et questioni mote de ipsa possessione quam occupasset vel occupare vellet infra decem dies a die precepti facti de ipsa restitutione in contrarium ad penam quinquaginta librarum corton. Et potestas teneatur infra quindecim dies post introitum sui regiminis mittere pro illo de quo diceretur talem occupationem fecisse vel facere velle ut veniat coram eo cui potestas teneatur et debeat vive et apere per ipsam possessionem quam occupasset vel occupare vellet per litem motam vel movendam vel quocumque alio modo debeat relassare et restituere infra decem dies sub pena quinquaginta librarum. Item quicumque dederit auxilium vel favorem ad impediendum predicta simili pena puniatur et si talis esset qui faceret contra predicta qui non posset cogi per potestatem

160v

Pena patefacientis secretum

cogatur proximior eius consanguineus ad solvendum penam predictam
suandum et a predictis que fieret per Potestatem ipsa de causa non possit
appellari per aliquem ad penam predictam. Et potestas teneatur executioni
mandare omnia predicta ad penam quinquaginta libr.

De pena patefacientis credentias — Clxvii

Clxvii Potestas et Capitaneus ac ceteri officiales et consiliarii communis
tuderti et quilibet alii ad consilia vocati secreta teneant
omnia que in consiliis collationibus vel tractatibus communis tuderti agun-
tur et quomodolibet ordinantur et nemini audeant propalare
sive sit negotium publicum vel privatum. Et si Potestas vel
Capitaneus contrafecerit in libris quingentis si alius officia-
lis forensis in ducentis libr. si consiliarius vel alius qui in consilio
interfuerit in libr. quinquaginta cort. puniatur pro quolibet et quali-
bet vice. Et hec intelligatur et locum habeat quoties fuer(it)
mandatum per potestatem vel Capitaneum vel alium qui teneret con-
silium vel Juramentum prestitum de tenendo credentiam
dicta et acta in tali consilio et non aliter. Et hoc capitulum sit
derogatorium omnibus aliis statutis ordinamentis et reformationibus
communis tuderti loquentibus in contrarium predictorum. Et predicta locum habeat
etiam in hiis que tractantur in quolibet consilio dominorum prio(rum)
populi et quolibet alio consilio generali vel speciali communis tuderti mandato
dominorum priorum adunando ad eo quod quilibet consiliarius communis tuderti non
tenens credentias perpetuales in perpetuum et temporales ad tempus
in civitate penam predictam.

De pena filii molestantis patrem. — Clxviii.

Clxviii. Item statuimus et ordinamus quod siquis habet filium vel filios ma-
sculos emancipatos vel emancipatum cui vel quibus dederit ali-
quam partem bonorum Potestas aut Capitaneus teneatur ipsum
filium vel filios cogere ut eorum patrem non molestet in aliis boni-
s suis cum quod sit contentus de illa parte sibi concessa. Siquis non ex talibus filiis

contrafecerit puniatur ad voluntatem patris sui. Et hoc capitulum sit precisum. Et si filius offenderit patrem percutiendo eum puniatur ad voluntatem patris et perdat ipse filius omnem concessionem sibi factam de bonis patris et ipsa pars sibi assignata revertatur ad dominum suum patrem et si offenderet filius patrem in accipiendo sibi de rebus suis puniatur contra eum ad penam ad voluntatem patris et ad restitutionem rerum ablatarum et de predictis et quolibet predictorum stetur iuramento patris absque aliqua alia probatione. Et potestas teneatur observare predicta ad penam librarum Centum

De pena ducentis forensem vel ultra quatuor homines ad aliqua concionem. CLXX. Clxx

Nullus ante alicuius questionis alicuius rei quam haberet cum aliquo secum ducat ad aliquem locum ad quem ivet causa dicte questionis vel litis aliquem forensem vel dicta ante ducere debeat vel venire facere ultra quatuor homines de Civitate vel Comitatu tuderti et qui contrafecerit in libris decem denariorum cortonensium vice qualibet puniatur

De pena ementis ius ab aliquo forense vel vendentis ius non supposito communi tudertino. CLXXI. Clxxi.

Item statuimus quod nullus iurisdictionis communis tuderti ab aliquo alterius iurisdictionis ius aliquod recipiat vel acquirat contra aliquem Civem vel Comitatensem tudertinum sub pena quinquaginta librarum cortonensium et si olim acquisivit non audiatur possint tamen Cives et comitatenses subiecti iurisdictioni communis emere a forensibus terras vel possessiones tantum quas haberent in comitatu tuderti sine pena. Item nullus suppositus iurisdictioni communis alicui non supposito vendat ius aliquod contra Civem vel Comitatensem Tudertinum et si venderet non valeat et nichilominus puniatur pena in statuto contenta.

De pena prestantis impedimentum aque fluenti. CLXXII. Clxxii

Item nullus faciat aliqua parietem vel aliquod impedimentum per quod aqua fluens vel que fluere consuevit in platea communis

BIBLIOTECA COMUNALE · ARCHIVIO

161r

tudti inter domum olim fr. Grappe et domum olim hugolinelli
Gerardi non possit fluere inde et contrafaciens et quoties in x
viginti soldis puniatur. Item omnes aque et turpitudines possint
fluere et fluant libere et ire ad cloacam stantem in stratis
sine aliquo impedimento et siqua parata vel impedimentum
factum esset Potestas et Iudex super libra faciat ammo
veri non obstante aliqua prescriptione temporis —

De pena puerorum preliantium. Clxxiii

C.lxxiii

Item statuimus quod nullus etatis quatuordecim annorum et ab
inde infra faciat aliquod prelium de lapidibus a senatis in
fra vel aliquo alio loco et Potestas teneatur si fieret prelium
aliquo tempore inter ipsos pueros familiam et berruarios suos x
verum ex banitis comunis mittere et eis facere precipi ne p
lientur. Et siquis puer prohiceret aliquem lapidem in domum
vineam seu ortum alterius eo tempore vel aliquo alio tempore x
puniatur per potestatem vel Capitaneum Civitatis predicte
in viginti soldis si de die et si de nocte in quadraginta sold.
den. cort.

De pena euntis ad aliquem locum ad stipendia contra istam formam Clxxiiii

C.lxxiiii

Item statuimus quod nullus de Civitate vel comitatu tudti
audeat vel presumat ire vel accedere ad aliquam Civitatem
castrum vel locum ad aliquod stipendium seu servitium cum x
stipendio mercede salario vel sine alicuius comunis Civita
tis castri loci seu specialis persone per se vel cum alio a qua
draginta miliaribus citra versus Civitatem tudti sub pena du
centarum librarum den. si esset eques et centum libras cort. si esset
pedes. Et si aliquis iverit vel accessisset seu staret quod teneatur
et debeat recedere et se ab eo stipendio seu servitio separare et
ipsa loca dimittere a die banditi mittendi ad quinque dies
infra proxime secuturos et plus ut placuerit dominis Potestati

Et q potestas et Capitaneus teneantur et debeant suo
iuramento predicta omnia facere obseruari ad penas predictas
Et de predictis et infrascriptis bis quolibet mense publice et
priuate contra delinquentes in predictis Inquirere et sollepniter
inuestigare per se et suos officiales et omni uia et modo quo
melius poterit ad quam condempnationem sufficiat probatio per
publicam famam cum aliquibus inditiis et probabilibus argumentis
quam condempnationem teneantur exigere et formam condempnationis exe
cutioni mandare infra quindecim dies a die late sine remissione
sub pena predicta quam penam ex dicta tali negligentia ipso facto incur
rant. Et predicti potestas et Capitaneus teneantur et debeant
bannum facere banditoribus comunis tuderti publice ad duas tu
bas quandocumque dominis prioribus populi uidebitur et placebit.
Et siquis contrafaciendo non recederet nec se a dicto
stipendio seu seruitio separaret infra terminum in bandimen
to assignandum set contumax fuerit et ipsum bandimen
tum habuerit in contemptum incurrat dictas penas Et
si ultra terminum in dicto bandimento assignandum steterit
in aliquo loco contra formam presentis capituli pro quo
libet et quolibet mense si fuerit eques in libris Centum
cort. puniatur et si fuerit pedes in quinquaginta libris cort.
condempnetur Et hoc intelligatur si steterit ultra dictum terminum
in bandimento assignandum per unum diem et illa dies intelligatur
pro toto mense. Et pro predictis omnibus ad dictas penas soluen[das]
teneatur pater pro filio in talibus delinquente.

De prohibitis uiris et sponsis eorum et pena mulierum portantium ornamenta prohibita. CLXXV.

Item. Nulla sponsa de Ciuitate tuderti uadat eques sed
pedes ad maritum cum qua possint ire quatuor uel quinque
domine ad plus excepto marito et qui contrafecerit in uigin
ti soldis puniatur pro qualibet uice de quibus medietatem

habeat accusator nisi uel de Civitate in comitatum vel de Comita
tu ad Civitatem et potestas predicta faciat bandiri primo misse sive re
giminis. Item Nullus recipiat aliquam sponsam ab Ecclesia nisi
illi de domo sui viri. Item panni sponsarum non portentur ad domum
viri palam set privatim et qui contrafecerit in viginti soldis pu
niatur et registro [illegible] non fiat exceptis duabus de domo spo
nse et Nulla det uel dari faciat aliquem denarium alicui sponse
uel alteri pro ea et qui contrafecerint in decem libris cortonensium puni
atur. Item quando [illegible] aliqua mulier cum iudice vel cito non
intret domum ultra sex homines et Nullus tunc [illegible] capputeum
uel aliquid de capite alicuius nec percutiat et qui contrafe
cerit in decem libris puniatur. Item nulla persona Civitatis uel
possit comedere in domo illius qui maritaret aliquam feminam
tempore quo ipsam maritaret nisi tantum maritus cum duabus
personis que non sint de ipsa domo. Item nullus consanguineus
ipsius mulieris maritate possit facere aliquod convivium ipsa de
causa nisi tantum marito ipsius cum duobus sociis et non pluribus.
Item Nulla persona possit ad domum mulieris eo tempore aliquod In
senium facere nec illi de domo mulieris possint recipere. Item
maritus ipsius tempore quo ducit eam nec aliquis consanguineus pos
sint facere aliquod Convivium nec invitare ad comedendum nisi
quatuor personas ad plus scilicet duos ex parte mulieris et duos
ex parte sua. Item Nulla persona debeat facere aliquod Ense
nium ad domum mariti nec illi de domo eius possint recipe
re ad eandem penam decem librarum et pena predicta decem
librarum intelligatur in quolibet dictorum casuum ubi non est
determinata et predicta Locum habeant inter Cives tantum
comitatenses de predictis possint facere pro eorum velle sine
pena. Item Nulla persona possit eo tempore aliquid de rebus
consuetis donare nec aliqua persona donum aliquod recipere

ad dictam penam nec recipi facere. Et Potestas teneatur observari fa
cere predicta ad penam quinquaginta librarum. ¶ Item non possit
fieri convivium aliquod octo diebus ante nec octo post narrationem
alicuius mulieris et qui contrafecerit pena decem librarum puniā
tur in quo convivio sint persone ad comedendum ultra numerum
supradictum. ¶ Item nulla mulier possit in capite portare vel
in dorso aurum vel argentum perlas gemmas vel lapides
pretiosos sub pena decem librarum vice qualibet qua contrafe
cerit quam penam maritus de dotibus ipsius mulieris solvere
teneatur. ¶ Possit tamen quelibet mulier anulos seagiaha et
alias centuras fornitas auro vel argento et buctones au
reos vel argenteos causa abottonandi et etiam firmettos va
loris ad plus quadraginta soldorum pro quolibet firmetto sine
pena deferre. ¶ Et quod nulla mulier deferat in dorso aliquos
pannos quorum laborerium et sutura constiterit seu costet ul
tra decem libras ad eandem penam decem librarum quam
penam maritus de dotibus uxoris solvere teneatur. ¶ Et
nullus sartor seu sutor aliquem pannum sarciat seu suat
vel aliquod laborerium faciat quod laborerium et sutura
constare possit ultra decem libras ad penam pro quolibet
sartore seu sutore contrafaciente et pro qualibet vice vigi
ti quinque librarum cortonensium. ¶ Item non possint aurifices
Civitatis tuderti aliquod ex predictis ornamentis prohibitis de
cetero laborare ad penam predictam. ¶ Et Potestas et
Capitaneus omnia in hoc statuto contenta singulis kalendis (m. glio kal)
per Civitatem tuderti in locis solitis banniri facere teneantur
et ea omnia integraliter faciat observari et si fuerit ne
gligens perdat de suo salario quinquaginta libras denariorum.
Et quilibet possit de predictis omnibus et quolibet pre
dictorum accusare et habeat medietatem banni et teneatur

TODI · BIBLIOTECA COMUNALE · ARCHIVIO

q(ua)l(ibet) die d(omi)nico

in credentia nomen eius et stetur de predictis Juramento accusatoris cum unico teste de fama. Item teneantur Potestas et Capitaneus quolibet die dominico et festiuo mictere suam familiam et unum ex notariis per Ciuitatem ad Ecclesias principales ad inquirendum de mulieribus facientibus contra predicta uel aliquod predictorum. Item teneantur domini priores populi eligere duos bonos homines pro qualibet parrochia quos faciant Jurare et denuntiare facientes contra predicta

C lxxvj

Qualiter quis possit se defendere Et de pena non succurrentium clamanti Clxxvj

Quilibet liceat se et alium contra offendentem Juuare et resistere Iniurie et offense quam aliquis inferret siue inferre uellet contra se uel alium et si occasione dicta Juuaminis uel resistentie talem offendentem seu offendere uolentem offenderit nullam penam patiatur dum tamen talis defensio et resistentia et que dicta occasione fierent fiant cum moderamine inculpate tutele et sine sanguinis effusione. Item quilibet offensus possit impune se ipso istanti non diuertendo ad alios extraneos actus impune uendicare cum moderamine non excedendo modum uindicte et si excesserit puniatur ut qualitas excessus exegerit. Quilibet etiam teneatur succurrere ad clamantem succursum et ipsum posse Juuare ne patiatur Iniuriam uel offensam et qui audiuerit talem clamantem et non succurrerit nisi Justo impedimento fuerit impeditus in decem libris cortonensium puniatur

Pro iniuria offendere

C lxxvij

De modo procedendi in ferendis sententiis criminalibus Clxxvij

Potestas et Capitaneus et qui loco eorum aut alterius eorum fuerit et quilibet eorum possit ad finem ferendam super maleficiis procedere quod cito de ipso maleficio

constaret per probationem uel contumaciam rei dum modo non
infra terminum datum reo comparenti ad suam defensionem
faciendam quem artare non possit nisi reus fuerit sponte
confessus et dixerit se omni defensione carere. Et te-
neatur omnino infra duos menses a die inquisitionis uel de-
nuntiationis per sententiam iustam terminare processum nisi
esset tale delictum quod deberet eius processus celerius aut tar-
dius expediri per formam aliarum capitulorum constituti communis Tuderti.
Potestas
Et teneatur et Capitaneus quolibet mense bis uidelicet
quibuslibet quindecim diebus suas absolutorias seu condepna-
torias ferre quas sententias absolutorias notarius cuiuslibet ma-
lefitiorum scribat in cartis pecudinis duplicatas et condepnato-
rias triplicatas quas sententias ut dictum est in cartis
pecudinis scriptas dictus notarius ad penam decem librarum
denariorum pro qualibet uice qua contrafecerit teneatur ante lec-
turam et publicationem scribere de quibus sententiis tam
absolutoriis quam condepnatoriis in lectura ipsarum detur unus
quaternus notario camerarii et alterum in quo legat sibi
retineat qui notarius camerarii teneatur tunc in consi-
lio in quo et quando leguntur ipse sententie suum quaternum
sibi datum cum quaterno legendo per ipsum notarium absul-
tare. Et si concordare inuenerit suum quaternum cum qua-
terno in quo legitur reportet ipsum ad cameram et de sen-
tentiis in eo scriptis copiam exibeat. Cuicumque uolenti in
ipsa camera tantum set ex ea modo aliquo per aliquem
offitialem uel aliquam aliam personam condepnationes alique
seu libri condepnationum uel absolutionum extrahi non possint
uel debeant. Tertium uero librum condepnationum dictus
notarius malefitiorum dare debeat dicto notario camerarii quem tertium
tertium librum ipsi notarii debeant insimul absultare.

Pot absentari a lato xx. diey.

singulis quindenis diebus

Si v. dies introitus offitii non computantur ut [illegible] xv dies quibus reddunt [illegible] offitii ut [illegible]

Et q(uod) dictus notarius camerarii teneatur (et) debeat unum ex
libris dictarum condepnationum ad Ecclesiam s(an)c(t)i fortunati defer-
re et in sacristia d(i)c(t)e Ecclesie reponere (et) de ip(s)is facere unum li-
brum de condepnationibus cuiuslibet domini supradicti Et q(uod) d(i)c(t)e
condepnationes que in d(i)c(t)a sacristia tenebuntur de ea extrahi (et)
videri non possint per aliquem nisi per dictum notarium came-
rarii sine expressa licentia dominorum viginti quatuor consilii po-
puli Et q(uod) condepnationibus que in d(i)c(t)a sacristia et in dicta
camera retinebuntur et cuilibet earum detur et habeatur ple-
na fides Et q(uod) si in libro introituum dicti co(mmun)is scripto manu
notarii dicte cammere vel in libro condepnationum qui stabit
in cammera dicti comunis inuenirentur solutiones d(i)c(t)arum con-
depnationum vel alicuius earum scripte manu dicti notarii cam(erarii) ta-
lis condepnatio de qua solutio inueniretur ut dictum est habe-
atur et sit pro cassa irrita et nullius ualoris in quolibet p(re)dic-
torum librorum aliquo contrario non obstante

Pena comunit(atum) n(on) denu(n)tiant(ium)

Clxxviii

De pena Comunitatum non denumptiantium malefitia

Clxxviii

Item statuimus q(uod) quelibet universitas Castrorum (et) villarum
Comitatus tuderti p(er) suum sindicum vel massarium legitime
ordinatum teneatur et debeat o(mn)ia et singula malefitia (et) exces-
sus et delicta qui et que committerentur in suis Castris
vel villis seu infra tenutas et confinia eorundem de quib(us)
deberet solui pena a decem libris supra referre ac etiam r(e)-
denumptiare potestati vel Capitaneo Civitatis tuderti ac etiam
nomina et pronomina malefactorum et unde sint loca et
confinia malefitii vel excessus infra sextam diem a die com-
missi malefitii vel delicti Et universitas p(re)d(ic)ta no(n) seruans
puniatur modo infrascripto videlicet si habuerit quinquagi(n)ta
lares in medietate quantitatis pene imposite per statutum
co(mmun)is tuderti p(ro) tali delicto obmisso denumptiari p(er) eos Et si habuerit

contepnetur in plus p rata ¶ Si uero pauciores habuerit contep
netur in min pro rata dum modo penam impositam ex forma statuti
pro tali delicto obmisso denuptiam excedere non possit ¶ Et si ma
lefitium quod committeretur venire possit personali pena punien
dus si ad mortem puniatur dicta universitas in libris sexcentis
denariorum cort si citra mortem in tricentis libris den cortonensium
¶ Sindicus vero vel massarius ad denuptiandum malla ordinatus sol
uat de sua ppria pecunia medietatem quantitatis pene iposite
p statut p quolibet delicto no denuptiato p eum dummodo pena
dicti sindici vel massarii ad hoc ordinati no excedat quantitatem
viginti quinque librarum p quolibet mallo no denuptiato per eum sed
si pena imponenda dicto malefactori ee possit personalis ex forma
statuti puniatur ipse sindicus vel massarius in viginti quinque libris
p quolibet tali malefitio non denuptiato p eum ¶ Item si pdicta
malla no denuptiarentur infra dictum terminum sex dierum tene
antur homines singulares ibidem habitantes cum sua familia tpr
commissi malefitii tam Cives quam Nobiles serigentes et massarii
Civitatis dicte et etiam forenses in cuius territorio malefitium co
missum fuerit similem denuptiam facere infra quintam diem post
lapssum dicti primi termini et si neglientes fuerint puniatur
quilibet masculus habitator tempore commissi malefitii in ipsis ca
stris vel villis qui sit legiptime etatis et sane mentis et corporis
in soldis quadragita cort p quolibet malefitio sanguinolento
et pro quolibet alio mallo pro quo imponeretur pena quinqua
ginta librarum et ab inde supra ab inde vero infra in decem
soldis pro quolibet mallo no denuptiato Et facta tali denuptia
tione per unum ex eis infra dictum secundum terminum singulares
omnes ac etiam dicta universsitas excepto tali sindico liberetur
¶ De quibus omnibus et singulis Potestas et Capitaneus et quili
bet eorum et eorum et cuiusque ipsorum Judices mallorum teneantur quibus mensibus

Ingrue [illegible]

165v

Inquirere et punire culpabiles secundum modum predictum. Et intelligatur legitimus sindicus ad predicta ordinatus siue se pro sindico gesserit uniuersitatis predicte.

De pena uniuersitatum non capientium Et de pena receptantium exbanitos Cxxviii.

CXXVIII

Vniuersitas et homines castrorum et villarum comitatus tuscie sollicite persequi et pro posse capere malefactores committentes aliquod maleficium infra confinia suorum castrorum uel villarum teneantur maxime si de talibus maleficiis erit rumor et malefactores captos unum uel plures in fortiam potestatis uel Capitanei aut alicuius eorum et comunis predicti infra secundam diem a die maleficii perpetrati deducere Et si predicta non fecerint et negligentes fuerint puniatur quelibet uniuersitas in cuius territorio maleficium fuerit commissum pro quolibet malefactore non capto in dimidia eius in quo per forma statuti talis malefactor non captus et non presentatus deberet puniendus Et hec si talis uniuersitas habeat quinquaginta lares et ab inde supra et si a quinquaginta usque in viginti tertiam partem et a viginti usque in decem quartam partem et a decem usque in quinque sextam partem et ab inde infra octauam partem eius in que per formam statuti talis malefactor non captus et non presentatus deberet puniendus Si uero malefactor deberet condempnari pro homicidio uel ad mortem tunc talis uniuersitas non capiens et non presentans si habuerit quadraginta lares uel ab inde supra puniatur in quingentis libris que quingente libre habeantur loco medietatis mille librarum in quibus homicida puniatur cum consentientibus et deberet pecuniariter puniendus Si uero talis uniuersitas habuerit lares ab inde ~~inde~~ infra tunc puniatur secundum distinctionem larium supradictam facta consideratione et declaratione

q[uod] puniatur in tertia quarta sexta et octaua parte dictarum
quinque librarum. Saluo q[uod] si ips[e] malefactor se presentauerit
ante q[uam] tractet ipsius maleficii p[er] eum commissi contumaciam
incurrat universitas et homines Castrorum et villarum infra quorum
confinia ipsum maleficium fuerit commissum ad dictam penam nullatenus teneantur. Item q[uod] omnia supradicta intelligantur et
teneantur omnes Nobiles et sergentes habitantes in ipsis castris
et villis Et siqua Robaria committeretur in territorio alicuius
Castri uel ville comitatus predicti homines ipsius Castri uel ville
ac etiam nobiles et sergentes ibi habitantes Et generaliter omnes homines sane mentis et corporis et etatis legitime
ibi habitantes teneantur ad emendam dicte robarie et dampni et
refectionem faciendam tali derobato nisi derobator fuerit
captus p[er] eos et in fortiam comunis deductus quo casu ad emendam uel restitutionem dampni minime teneantur. Et nulla
universitas alicuius castri uel ville dicti comitatus aut aliqua alia specialis persona scienter in suo castro uel villa
in sua domo uel habitatione receptet aut stare permittat
aut scienter retineat aliquem exbannitum et condempnatum
comunis dicti pro aliquo maleficio vnde seu de quo esset condempnatus in persona uel membro aut in pecunia a Centum
libris supra. Et universitas que contrafecerit puniatur
in Centum soldis tur[onensium] p[ro] quolibet homine ipsius universitatis uel
loci tam Nobilium q[uam] sergentium q[uam] massariorum et aliorum ibidem
habitantium Et presumatur receptatio si talis exbanditus et
condempnatus Inuentus fuerit in ipsis castris seu villis
aut aliquo uel aliqua eorum uel in eis publice visus fuerit.
Si uero specialis persona receptauerit puniatur in libris
Centum et simili modo presumatur receptatio si talis
exbanditus et condempnatus visus aut inuentus fuerit

in aliqua sua domo vel habitatione. De quibus omnibus Potestas et
Capitaneus et quilibet eorum teneantur procedere et punire
culpabiles secundum formam statuti predicti. — Quod cuilibet liceat
capere exbannitum Et de salario capientium et appresentantium exbannitos Clxxx.

Clxxx Item statuimus quod cuilibet liceat capere et infortiam communis tuderti
infra tertiam diem a die captionis deducere quemlibet exbanditum et
condempnatum communis tuderti pro malefitio et qui talem exbanditum et con
dempnatum ceperit ad infortiam communis predicti captum presentaverit habeat
capiens et presentans a communi tuderti decem libr. cort. pro quolibet et de quoli
bet centenario condempnationis talis capti et presentati exbanditi et condem
pnati dicti communis. Et si plures fuerint per talem presentati de plu
ribus sibi solvatur ad eandem rationem. Et si captus et presen
tatus fuerit condempnatus ad mortem sine redemptione pecunie vel eam
redimere et solvendo non fuerit habeat capiens et presentans
a dicto Comuni libras quinquaginta den. cort. Et si condempna
tus fuerit in membri amputatione habeat talis presentans et
capiens libr. viginti quinque cort. Et quilibet etiam exbanditus et
condempnatus possit alium similem sibi exbanditum et condempnatum
in Civitate et comitatu tuderti capere et infortiam communis reducere
videlicet Nobilis Nobilem, sergens sergentem, assassinus assassi
num et popularis popularem. Et si nobilis exbanditus et
condempnatus personaliter aut pecuniariter alium Nobilem ex
banditum et condempnatum eque sibi personaliter vel pecu
niariter in Civitate vel comitatu tuderti ceperit et in
infortiam communis predicti presentaverit condempnatio talis capientis et
presentantis cassari et cancellari debeat de libris dicti communis.
Si vero condempnatio capti et presentati esset minor quam condempna
tio capientis et presentantis condempnatio talis capientis et presenta
tis usque ad concurrentem quantitatem condempnationis capti de
beat cancellari in residuo vero non firma remaneat.

[illegible]

Remaneat B. no

MI. IIII.

Remaneat Si uero condepnatio capti et presentati eet maio qua con
depnatio Capientis et presentantis habeat et habere debeat talis
Capiens et presentas decem lbr p quolibet et dequolibet Centona
rio librar̄ asūma sue condepnationis supra, cī sua condepnatio excedat
Et idem p omia intelligantur de populari exbanito & codep
nato capiente et presentante popularem exbanitum & condepna
tu et de fugiente ad fugientem Et Massario ad massariu et etia intel
ligant q minor exbanitus comis tuderti possit capere & psentare
maiore exbanitum et condepnat comis tuderti videlicet Massarius
fugientem Popularem Nobilem et non maior Minorem Nec etia
possit capere unus alterum ut exipa captione habeat aliqd a com
aliqui qui peodem delicto et Rixa p eos simul comisse ut inqua
Inuicem sibi auxilium prestitissent eet exbaniti & codepnati Ite
q siquis indicauerit uel appostauerit aliquem exbanitum uel condepna
tum inpsona tantum cuius Indicationis causa dictus exbannitus cap
tus et infortiam comis ductus fuerit habeat et habere debeat
de pecunia dicti comis Quinquagita lbr den si inde mori deberet
Si uero menbrum pdere deberet habeat dictus Indicans vigitiq̄
libr den Et si dcūs exbannitus eet pecuniali condepnatus
habeat et habere debeat duos sold p qualibet libra condepna
tionis talis exbanniti Et q Potestas et Capitaneus ad peti
tionem dicti Indicantis et cuilibet alterius teneat mictere suam
familiam ad capiendum quemlibet exbanitum comis Tuderti
Et capi facere et duci infortiam dicti comis ad penam centum
librar̄ qualibet vice qua contrafecerit Hec omia tamen
in hoc capitulo contenta non intelligantur in exbannitis pro
districta palatij contemptu mandati uel pro dapnis datis ul
pro consilio Et qd etiam siquis indicauerit uel apposta
uerit aliquem exbanditum et condepnatum simul cum ipso
Indicante uel appostante pro eodem delicto et Rixa comisse

per eos vel inqua Inimicum sibi auxilium prestitisset qui si
se invicem Indicaverint vel appostaverint nichil habere debeat
a com(mun)i. ¶ Et q(uod) Indicantes vel capientes feminas, cecos, me
teraptos vel furiosos exbannitos vel condepnatos seu quos
cumque alios exbannitos vel condepnatos in de(cem) lib(ris) vel
ab inde infra aut infra decem dies post condepnationem f(actam)
de tali exbannito et condepnato non mereant(ur) aliq(uod) premiu(m) a com(mun)i
¶ Salvo q(uod) hoc capitulum locum non habeat in illis qui ca
perent homicidam, qui ex forma alicuius capit(u)li huius statuti
deberent habere maius premium a com(mun)i in quibus fuerit forma
in ipso capitulo declarata

Q(uod) capit(u)la statuti loquentia c(ontra) magnatos locum habeant c(ontra) eorum filios et famulos — Clxxv

Clxxxi — Item statuimus et ordinamus q(uod) omnia capitula huius statuti
loquentia contra magnatos et potentes civitatis et
comitatus Tuderti locum habeant et intelligantur tam c(ontra)
ipsos magnates et potentes q(uam) etiam contra ipsorum et cuilibet eorum
filios legitimos et non legitimos et famulos et familiares
quoscumque cuiuslibet ipsorum magnatum et potentum.

De pena paciscentium de quota litis — Clxxvi

Item statuimus q(uod) nullus advocatus procurator vel
notarius seu quivis alius cuiuscumque status et condictionis
Clxxxii — existat audeat vel presumat paciscere seu pactum facere
cum aliquo de civitate vel comitatu Tuderti habente aliquam litem
vel causam questionem vel controversiam cum aliqua persona de
quota parte ipsius litis vel cause questionis vel controversie
in casu victorie nec q(uod) ipsam litem vel causam questionem vel
controversiam vincat accipere decimum, contrafaciens in quinquaginta
lib(ris) vice qualibet puniatur et liceat cuilibet tales delin
quentes accusare et denumptiare et ipse accusator habeat me
dietatem eius quod tales delinquens solverit in com(mun)i. Et in

telligatur quod aliquis fecerit pactum de quota si promisit eam vel litem questionem vel controversiam expensis ipsius advocati procuratoris vel notarii seu alterius cuiuscumque usque ad finem causari et per sententiam facere terminari. Et quod contenta in hoc capitulo publice banniantur.

De pena assumentis aliquam in uxorem contra istam formam. Clxxxiv.

Nullus possit in uxorem assumere aliquam puellam minorem sedecim annorum sine patris etiam naturalis ipsius puelle presentia et consensu, vel si patrem non habeat, sine presentia et consensu fratrum et matris vel fratrum tantum ipsius puelle, vel sine consensu et presentia duorum proximiorum usque in quartum gradum ex linea paterna ipsius puelle si non habuerit fratres, sine consensu curatoris ipsius si curatorem habuerit. Et qui contrafecerit in libris centum cortonensium puniatur vice qualibet et si dos fuerit in maiori quantitate puniatur ultra penam predictam usque in summam dotis date seu promisse. Teneantur tamen dicti fratres et consanguinei ipsius puelle et quilibet ipsorum sibi puelle nubere volenti consentire et eam non impediant si ipsa voluerit bonum et honestum virum. Et si requisiti ab ea seu ab eius futuro viro nollent consentire nec matrimonio contrahendo interesse, licite et sine pena possit tunc matrimonium contrahi.

De pena potestatis et capitanei non observantium statuta. Clxxxv.

Item statuimus quod potestas et capitaneus teneantur et debeant observare et executioni mandare effectualiter omnia et singula capitula et ordinamenta pacis facte et habite inter commune Perusii et commune Tuderti inter intrinsecos et etiam extrinsecos civitatis Tuderti ad penam et sub pena mille librarum de suo salario pro qualibet eorum communi Tuderti solvendarum

Et si nõ obs̃uauerit ul̃ neglexerint adimplere et executioi mandare.

Clxxxv Q' de quolibꝫ mallo possit fieri pax Et inquibꝫ casibꝫ pena nõ minuit̃ ꝓpt pace clxxxv.

Item statutum q' de quolibet mallo possit fieri pax inter ꝑtes
infra decem dies a die comissi maleficij computandos et
pax facta infra dictum terminum et in publica forma ꝑducta
ante finam. Prosit illi contra quem occasione alicuius officij ꝓcede
ret in quolibet mallo per eum confessato sponte in prima co(m)paritione
et responsione quam faceret coram officiali qui de mallo
ipo congnosceret q' minuatur ei tertia pars pene in qua pro
tali maleficio puniendus veniret et aliter pax ad diminutionem

Pax

pene alicui non prosit. Additum est dc̃o caplo q' pax fc̃a

vide s. cap. lij. i fine.

inter quascumqꝫ ꝑsonas cuiuscumqꝫ status et conditionis exi
stat de aliquo homicidio. Et etiam pax facta inter aliquem
magnatem et potentem secundum formam statuti q' magnate et
potente habito cum aliquo secundum formam statuti habito pro
ꝑplari Et int' popularem aliquem cum magnate de quocumqꝫ
mallo ul̃ excessu non prosit alicui quantum ad diminutionem pene.
Item q' ꝓpt confessionem et pacem in casibꝫ in quibꝫ ꝓpt pacem
diminuitur pena minuat̃ et minui debeat integre dimidiã
quantitatis in qua veniret puniendus si pacem nõ habuisset et
mallã non fuisset confessus sponte in prima comparitione.

Clxxxvi De pena minantis alicui ꝑ pace facienda Et q' pax fc̃a nõ minuat penam Clxxxvi.

Item statuimus et ordinamus q' nullus audeat ul̃ presumat
minari ul̃ minas terores vel iniurias aliquas dc̃o vel
facto facere vel inferre seu fieri vel inferri facere alicui offen
so vel iniuriato ab aliquo quacumqꝫ iniuria vel offensa ut
ipse iniuriatus pacem seu remissionem faceret cum illo
qui eum offendisset seu iniuriasset ul̃ cum alio suo noĩe et
qui contrafecerit puniatur in ea pena in qua puniendus
veniret ille qui offendisset ꝑ iniuria seu offensa ꝑ eum fc̃a.

Et si metu terore ul minis alicui fieret pax de aliquo malefitio
q non prosit alicui ad pene diminutionem.

Qui exbanniti possint impune offendi et qui non. Clxxxvj. Clxxxvij

Item siquis offenderit aliquem exbannitum pro homicidio pro
dimento, falsitate, robbaria, arsicumine, furto, abuiaria
seditione, priuato carce, et pro membro truncato siue debilitato
vel aliquo predictorum excessuum et delictorum, vel alio graui mallo
nullam penam patiatur // Et si offenderetur exbannitus p
alia quacumque causa puniatur offendens in quartam pena pene
contente in statuto de tali offensione // Saluo q predicta ul aliq
predictorum locum non habeant in patre offendente filium, in filio
offendente patrem, in marito offendente vxorem, et in fratre
carnali offendente fratrem carnalem. Et in illo qui offen
deret aliquem cum quo ante ipsam offensionem idem offen
dens fecisset pacem de aliquo mallo vel delicto, In quibus casibus
quacumque offensione offenderet puniatur offendens secundum
formam statuti non obstante q talis offensus fuerit exban
nitus // Et saluo q predicta locum non habeant in nepote
carnali nato ex filio, fratre vel sorore offendente auum patruum
vel auunculum, Et in auo, patruo, uel auunculo offendente
nepotem natum ex filio fratre uel sorore carnali de quorum offensio
nibus puniatur offendens, ac si offensus non esset exbannitus //
Et saluo q predicta locum non habeant in fratre consobrino offen
dente alium fratrem consobrinum ex paterna linea ul materna
inter quos et de offensionibus factis inter eos fiuetur hec
forma, videlicet q si occiderit unus alium puniatur occidens
ac si occisus non fuisset exbannitus, de aliis autem offensionibus
factis inter eos puniatur offendens in media pena qua
veniret puniendus si offensus non fuisset exbannitus // Sal
uo etiam q si esset exbannitus de districtu palatii et turbat

teriute uel de pno dato uel ex aliqua causa pro qua non esset
condepnatus ultra decem lb. impune offendi non possit.

De pena aduocatis uel patrocinantis pro aliquo exbannito Clxxxvii

Clxxxvii Item statuimus et ordinamus quod nullus audeat uel presumat aduo
care uel patrocinari in aliqua curia ciuili uel criminali
siue in aliqua curia uel audientia clericali in ciuitate uel co
mitatu tuderti pro aliquo exbannito uel condepnato pro eius exban
ni uel condepnati iudicatione uel appostatione secundum formam capi
tuli suppositi sub Rubrica quod cuilibet liceat capere exbannitum et
de salario capientis et appostantis exbannitos centesima octua
gesima Rubrica iudicans uel appostans ipsum exbannitum
uel condepnatum occasione iudicationis uel appostationis debet
recipere aliquid a comuni contrafaciens in centum lb. uice qua
libet puniatur. Ut proponatur in consilio de executione contra

exbannitos facienda et de modo seruando in ea. Clxxxviii.

Clxxxviii Item statuimus et ordinamus quod domini Priores populi qui
pro tempore fuerint teneant et debeant uinculo iuramenti
proponi facere per dominum Capitaneum populi primo eorundem eorum
prioratus Et ipse dominus Capitaneus in ipso consilio ad ipsorum dominorum
priorum petitionem proponere teneatur quid placet ipsi consilio prouidere
super executione facienda per comune tuderti contra exbannitos et condep
natos comunis tuderti et in eorum bonis, ita tamen quod in ipso consilio
nichil ualeat prouideri pro executione predicta nisi ipsa executio que
per dictum consilium prouideret inciperet et fieret prius contra
decem ad plus maiores magnates et potentiores exbannitos
et condepnatos dicti comunis de ciuitate et comitatu tuderti
Et aliter de executione noua facienda per ipsum consilium non ua
leat prouideri Qui decem nominentur et declarentur secundum modum in ipso
consilio declarandum ita tamen quod in ipsis decem semper executio
incipiat et fiat a maiori et potentiori ipsorum decem et gradatim

p ipm consilium circa dictam executionem, servata tamen forma
predicta fuerit ordinatum provisum vel reformatum, dictus capi
taneus ppli et quilibet capitanei vicem gerens ad penam
Quingnentarum libr. cort. Teneatur exequi cum effectu penale
quorum decem executione facta, eadem forma servet in omnibus
aliis exbannitis vel condepnatis comunis tudertı, dumodo semp
in executione servetur hec forma, quod contra maiores et
potentiores de decem in decem executio semp fiat.

De condepnationibus exigendis et exequendis Clxxxx. Clxxxx

Teneatur Potestas et capitaneus comunis tuder. et quilibet
eorum p se et eorum familiares exequi posse et cum effectu
exigere et camario dicti comunis solvi facere omnes et singulas
condepnationes p eos vel alterum eorum factas sive per eorum pre
decessores quam citius fieri poterit, executio de ipsis, detinendo
personaliter solvere debentes et eorum fideiussores, nec non ca
piendo pingnora, vendendo et vendi faciendo, et eorum pretium
convertendo in condepnatione usque ad integram solutionem
ipsius vel ipsorum condepnationum. Et teneatur posse, potestas,
capitaneus et quilibet eorum p se, et eorum officiales et familiares,
persequi et persequi exbannitos et condepnatos pro malo, et eorum
bona pro ipsorum bonis et condepnationibus exigendis, ipsosque ex
bannitos et condepnatos capi facere pro executione et exactione
ipsorum bonorum et condepnat. Teneantur quoque dicti Po
testas et capitaneus et utrumque ipsorum eo tpre tantum quo
recipiunt cautiones a sindicis castrorum et villarum comitat. tuder.
secundum formam capituli loquentis de hac materia positi in quinta
distinctione, Inquisitionem facere et diligenter exquirere fiat inquisitio a sindicis castri et ville ...
a sindico et quatuor massariis cuiuslibet castri vel ville de bonis
ipsorum exbannitorum et condepnatorum existentium infra confines
castrorum et villarum suorum. Et cuilibet sindico et massario precipere quod

ARCHIVIO · BIBLIOTECA COMUNALE · TODI

debeat infra tertium terminum per eorum uel aliquem eorum assignandum re-
ferre et denumptiare bona omnia, que tales exbanniti et condempnati habent
in eorum uel aliqua eorum, castro uel villa, seu eorum uel alicuius eorum con-
finibus, que omnia si non fecerint predicti sindici et massarij pu-
niantur in libris viginti quinque pro quolibet eorum et plus ad arbitrium potestatis
uel capitanei, ut qualitas facti et inobedientie exigerit. ¶ Omnes
quoque laboratores terrarum exbannitorum et condempnatorum et quocumque modo
uel causa talium terras uel possessiones tenentes ¶ teneantur predictis
potestati uel capitaneo, denumptiare ac manifestare bona predicta que
quoquo modo, tenerent uel laborarent, seu laborari facerent nec
non etiam id quod haberent soluere tali exbannito et condempnato pro reditu
pensione uel quouis alia prestatione preterita uel futura ¶ Illud
quoque soluere et consignare, debito tempore, camerario communis Tuderti, pro condep-
natione et banno talis exbanniti et condempnati teneantur omnino et de
omni eo quod solutum fuerit pro tali exbannito et condempnato si ipse sol-
uens a tali condempnato, liber et absolutus sit ¶ Et idem in omnibus
casibus in quibus bona exbannitorum et condempnatorum debent applicari et
confiscari communi Tuderti, et qui predicta non seruauerit puniatur in duplo eius
quod teneretur tali exbannito et condempnato et etiam in libris viginti quinque
cortonensium ¶ Et bona talium exbannitorum et condempnatorum declarata et denump-
tiata per predictos uel aliquem predictorum, teneantur dicti potestas et capitaneus Fiat unus liber.
scribi facere in quodam libro, in quo etiam scribi faciat nomina omnium
condempnatorum, et quilibet ipsorum scilicet potestas et capitaneus unum talem
librum habere debeat penes se ¶ Hoc intellecto quod potestas et
capitaneus possint exequi et uterque ipsorum sit executor suarum con-
dempnationum et suorum predecessorum, Et quod nichilominus utraque ipsorum
sit et esse intelligatur executor condempnationum predecessorum utriusque
ipsorum ¶ Item quod liceat potestati, et capitaneo, et utrique
ipsorum, ipsis etiam morantibus insimul in officio, per se et ipsorum
officiales, condempnationes alterius exequi in hunc modum videlicet.

q utriq ipoq p se et suos officiales possit capere et capi facere et
infortiam comunis deducere quemlibet exbanitum (et) condepnatum
dci cois p ipos uel alterq ipoq uel p quecumqz officialem cois
tuderti. Et qui talem exbannitum et condepnatum ceperit
ipius exbaniti et condepnati exequat condepnationem sive realit.
seu psonalit. Idem exbanitus fuerit condepnatus. Una executione
fca quicumqz officialis talis exbaniti condepnationem habens eam
cancellare teneatur. // Teneant etiam nichilominus milites
et sotij dnoq Potatis et Capitan dicti comis exequi (et) executioni
mandare omes condepnationes fcas p quoscumqz officiales cois tud
ad uoluntatem et mandatum dnoq prioq ppli. Et si neglexerint No(ta) Suolutiu poc ppli
adimplere puniat Potas uel capitaneus cum sotio (et) milit pdca
Iniuria fuerit pena vigintiquinqz lb. vice qualibet qua contra
fecerit. quam penam Camerarius cois tuderti tenere debeat
de prima uel futura paga.

De pena artium non facientiu cereum in festo sci fortunati Et in qua arte quis p cereo solvat. CLXXXV. CLXXXV

Item statutum q quindecim diebus an festum gloriosi con
fessoris beati fortunati protectoris et defensoris comis (et) ppli
tudertini in locis solitis p civitatem tuderti publice bannatur,
q quelibet ars dicte civitatis que a viginti annis citra solita
est consules eligere. uel cereum facere indicto festo. te
neatur et debeat quolibet anno cereum facere non coloratum,
nec cum aliquo colore apposito. Ars contrafaciens incurrit sold
vice qualibet puniat. Et nichilominus artifices ipius artis
Cereum facere compellant. Item q nullus artifex possit
nec debeat cogi ad solvend p cereo faciendo indicto festo nisi
pro una arte tantum. videlicet pro illa quam ipse artifex magis
continuo exercebit. Et de hoc stetur juramento talis arti
ficis sic recepti.

De pena equitantium ab hora none in antea in vigilia sci fortunati. CLXXXVI.

[library stamp]

Clxxxxij Item statuimus q(uod) nullus civis comitatensis vel forensis
presumat in vigilia festi s(an)c(t)i fortunati, ab ora none,
in antea ire eques p(er) civitatem tuderti, contrafaciens vero
puniatur vice qualibet in decem libr(is). Quas pot(est)as capitan(eus)
vel quis alius rector co(mun)is tuderti de facto et exigere (et) accipere
teneatur pro dicto comuni sine aliqua s(upplicatio)na. Et p(re)d(ic)ta et s(u)p(ra)s(crip)ta
Bandiat bammantur dicta vigilia de mane. Ita tamen q(uod) p(re)d(ic)ta non intelli
gantur in forensibus qui ea die transirent p(er) civitatem Tuderti p(ro)
factis eor(um) ip(s)os transeuntibus recto tramite. Nec intelligantur in
illis qui portarent palia vel lampades ad ecclesiam supradictam.
Item q(uod) nullus cuiuscumq(ue) conditionis existat, tam in dicto
festo et eius vigilia q(uam) alio quocumq(ue) t(em)pore possit intrare
eques in dictam ecclesiam, vel aliam quamcumq(ue) ecclesiam ad
penam predictam et de facto ut sup(ra) dicitur auferendam. Et
quilibet possit accusare contrafacientes in aliquo predictor(um), et
eius nom(en) teneatur in credentia et habeat medietatem banni.
Et quilibet rector civitatis tuderti teneatur predicta execu
tioni mandare ad penam centum libr(arum) den(ariorum) de suo salario (et)
sub vinculo iuramenti. Et p(re)d(ic)ta bamantur quolibet mense.

quolibet mense B

Apellacoes De appellationibus interpositis in criminalibus et modo p(ro)cedendi in ip(s)is Clxxxxiiij

Item q(uod) in criminalibus causis appellari vel recursus h(abe)ri
non possit ante latam diffinitivam s(enten)tiam. Set lata
Clxxxxiij sententia condempnatoria vel absolutoria p(er) potestatem
vel capitaneum vel officiales co(mun)is tud(er)ti, possit condepnatus
vel accusator seu sindicus co(mun)is Tuderti, sive quilibet alius
p(ro) ipso comuni infra decem dies a die late sive numerandos re
cursum habere ad d(omi)num defensorem et coram ipso dictam sen
tentiam et acta ipsius producere. Qui defensor infra alios
decem dies continuos dictam condepnationem vel absolu
tionem ex actis primi iudicij tantum et sine aliquo alio

processu faciendo approbare uel improbare et ad statum debitu
reducere et reformare teneatur. ¶ Saluo q si aliqua pa
tium coram potestate uel capitaneo uel eor iudice male
ficior infra terminum datum ad probandum secundum forma stat
voluerat in ea causa facere aliquas probationes iuridicas que
non erant contra formam statut et ordinamentor cois pdci et
protestata fuerit inscriptis et non fuerint admisse nec recep
te p curiam ipius potestatis uel capitanei defensor ad
quem haberetur ut supra dicitur recursus eas probationes
si sibi iuridice et admictende videant admictere a recipe possit
et p inde eas habere sicut fuissent admisse et recepte incuria
predictor potestatis uel capitanei de qua ptestat quilibet
notarius qui inde fuerit requisitus scripturam facere in pu
blicam formam palam coram curia potestatis ul capitanei
teneat sub pena decem libr den cort quotiens contrafecerit
¶ Et potestas capitaneus et eor iudices et officiales
benigne audiant et substineant appellat et scripturam
inde fieri et nullam violentiam seu novitatem protestanti ul
scribenti faciat directo uel p obliquum sub pena centum libr
den et quotiens contrafecerit ¶ Et siquis volens ptestari
ut dictum est aut volens aliquam appellationem incuilib
causis facere dixerit se non invenire notarium qui scribere
vellet ipam protestationem uel appellationem notarius refor
mationum sive notari cam comis tuderti et quilibet eor qui
fuerit requisitus inde instrumentum publicum facere teneat
ad dcam penam quam defensor de facto ei accipere et cam
comis tuderti solui facere teneatur. Et ipe defensor pdat
de suo salario viginti quinq libr den cort ¶ Possit tam
dictus notarius reformationum et camere pro dicta ap
pellatione usq in quantitat quinque sold denarior cort ad plus accipe

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI

Et si reperiretur condepnatio rite lata soluat ille condepnatus
qui recursum habuerit Camerario comunis tuderti pro ipso re
cipienti duodecim denarios pro qualibet libra condepnationis facte de
quibus depositum apud camerarium prius facere teneatur || Hoc
Nouissime addito quod dictus defensor et quilibet qui de appellationibus
cognosceret acta omnia et iura ciuitatis et statuta pro parte comunis po
tissime facientia produci faciat ita quod nichil obmictatur de conti
gnentibus pro parte et iure comunis per quod comune possit in aliquo
defraudari seu ledi Sententias condepnatorias iuste latas conetur
ingenitum potest saluare et confirmare et non infrigere uel anul
lare aut diminuere nisi aperta causa nullitatis uel iniquitatis
appareat || Et si secus faceret teneatur comuni tuderti in iniqui
tate uel extimatione rei in sententia contenta infirmata per eum et
ita condepnetur per eius successorem uel alium qui de suo sindi
catu cognosceret et quilibet in hoc casu tempore sui sindicatus
possit predicta deferre et denumptiare || Item non possit appel
lari in criminalibus in casibus prohibitis per formam statuti. Ad que appellatur in
criminalibus et ciuilibus uacante officio defensoris tempore reasignationis librorum — Clxxxxiiij

Clxxxxiiij. Item statuimus et ordinamus quod quotiescumque officium defen
soris et iudicis appellationum et recursuum comunis tuderti
contingeret uacare uel quasi uacare idest post reasignationem
librorum per ipsum factam liceat cuilibet dicenti se grauatum in casibus
a statuto dicti comunis permissis posse appellare et recurrere infra tempora
in statuto de appellationibus et recursibus contenta ad ipsum defensorem
dum est in officio Et si non esset in officio ad futurum defenso
rem et sufficiat generaliter exprimi ut in ipsa appellatione
uel recursu nomen defensoris licet proprium nomen ipsius non
apponatur aliquibus statutis prouisionibus et ordinamentis loque
tibus in contrarium minime obstantibus.

In quibus casibus criminalibus recurri non potest — Clxxxxv.

Nullus proditor uel turbator status ciuitatis uel comitatus Clxxxxv
tuderti. Item nullus latro fur seu derobator. Et nullus
homicida uel paricida. Et nullus adulter seu uirginum raptor aut
honestarum mulierum corruptor aut uiolator. Item nullus commic
tens aliquam uiolentiam publicam uel priuatam. Nullus
quoque committens aliquam iniuriam uel offensam cum sanguinis
effusione. Nullus etiam percutiens aliquem seu quoque modo
offendens a spatulis supra. Nullus quoque mutilator seu mactator
membri seu membrorum alterius. Et nullus fractor carcerum.
Et nullus falsarius. Et nullus offendens aliquem
officialem forensem. Et nullus offendens uel dampnum inferens
in personis uel rebus hospitalis caritatis dicte ciuitatis. Nul
lus quoque qui sua auctoritate intrauerit rem uel possessionem quam alius
tenet uel possidet. Et nullus qui predicta malla uel aliquod
predictorum commisit et qui fuerit condempnatus de ipsis mallys uel
aliquo ipsorum audiatur appellans. Nec possit a sententiys seu
condempnationibus fiendis seu ferendis occasione dictorum delictorum
uel alicuius eorum aliquatenus appellari uel de nullitate opponi aut
alius recursus haberi. Et potestas et capitaneus et ipsorum
quilibet teneantur et possint tales sententias exequi nulla
appellatione aut nullitatis seu alterius recursus oppositione
obstantibus. Et idem intelligatur de insultatione ad domum
seu in domo alterius ut non audiatur appellans uel recursum aliquem
habere volens.

De pena laborantis terras de quibus fuit
questio inter comune tuderti et dominum aldrouandinum Clxxxxvi. Clxxxxvi

Item statuimus quod nulla persona audeat uel presumat in
terris et possessionibus de quibus dudum viguit et uiget questio
inter comune tuderti ex una parte et dominum aldrouandinum de canali
et eius successores ex parte altera laborare seu laborari facere
cum bestiys uel sine bestyis. Siquis uero contrafecerit si cum bobus

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE

et bestijs laborabit in pditone ipo҃r bobum et bestiar cum qbus laborabit penitus condepnet. Si aut sine bestijs laborabit in viginti quinq solidis cort vice qualibet puniat. Et q qualibet possit et sibi licitum sit laboratoribus et colentibus cum bobus et bestijs in dictis terris ipas bestias accipere et secum ducere sine pena dummodo infra t'am diem a die qua ipas bestias accepit cam coi tuderti debeat assignare. Et talibus qui dictas bestias hiusmodi assignauerit medietas ipar bestiar sine extimatore ipar penitus concedatur p cam supradcam nequaquam obstantib loquentib in contrarium legib ul statut. Possint dni priores ppli ciuitatis tuderti inquirere et inquiri face p possessionib cois tud recupandis quas hre debet et dudum habuit in confinib comitat tud a castro quatri usq ad castrum marsciani. Et in omibus alijs confinibus comitat tudti et p ipm comitat vbicumq sitis et ipas possessiones facere bannri et in coi reduci ita et talit q pro ipo coi possideant ppetuo cum reperiatur in libro cois tuderti certas cartas missas et extractas de registro dicti cois fore in quibus continebant bona et possessiones spectantia ad dctum coe dicti cois videlicet a castro quatri usq ad castrum marsciani.

clxxxvij. De modo eligendi quatuor populares et recuperatores iurium cois clxxxvij

Item statuim q dni priores ppli teneant et debeant eligere et noiare quatuor bonos legales et sufficientes homines populares qui sint et vocent custodes et conseruatores iurium cois qui hoies sic electi teneant et debeant face inuentarium de omib cominatijs iurib et iurisdictionib cois tuderti et instrumentis quibuscumq ad dcm coe ptinentib et spectantib. Et ipa instra in registro dci cois existente scribi facere ac etiam registrari et q ipi hoies

sic electi teneantur et debeant ad voluntatem dominorum priorum et man
datum et cum salario per ipsos ordinando ipsas communantias re
videre et ad recuperandum eas accedere et pro earum posse iura et
iurisdictiones communis recuperare defendere et manutenere qui iurent
eorum officium facere bona fide eo tempore quo electi fuerint et
videbitur dominis prioribus supradictis et quicquid invenerit
referre in consilio populi teneantur.

De pena vendentium et mensurantium cum mensuris non iustis et contra istam formam Clxxxxvij

Item statuimus quod omnes vendentes bladum poma legumina Clxxxvij
et calcinam ad quartigium medium quartigium quartam
seu quartucium vel pannum lane lini vel canapis vel
bombicinum ad brachium oleum vinum et hiis similia ad
salmam, acetarium, Pitictum, Tercarolam, folgletam me
diam folgletam et denarium et alia que mensurantur ad
mensuras vel saffaratum, carnes aromata et alia que ven
duntur ad pondus debeant ipsas res et ipsis similia vendi
ta ad mensuras et pondera communis tudertini rectas et iustas ad
iustatas cum ponderibus dicti communis sigillatas et assectatas me
surare et ponderari et qui contrafecerit puniatur pro qualibet
vice et qualibet mensuratione vel ponderatione in quinque solidis
de facto auferendis et ipsa mensura vel pondus contra dictam formam
inventa comburantur vel frangantur ita quod de cetero non pos
sit cum ipsis ponderari vel mensurari. Et quod nullus
de civitate vel comitatu tudertino vel aliunde in ipso comi
tatu debeat emere vel vendere permutare vel alio mo
do alienare seu mensurare terras uti nisi ad quartigium
qui est centum perticarum ad perticam et mensuram communis
Tuderti et secundum usum civitatis Tuderti. Et qui utitur
mensura modioli stadii coppe, omne vel alia mensura
quam dicta mensura communis tudertini vel quocumque modo contrafecerit



Vide aliud statutum ... in Cxlviij

inpdictis uel aliquo pdcto℞ dator et acceptator ⁊ mi̅surator in Centum sold cort uice qualibet puniat // Et q sindici castro℞ et villa℞ comitat tudti contrafacientes teneant denumptiare put teneant denumptiare alia malla // Et q potas et capit

Ba. primo mense dies sab. faciant predca banniri primo mens con regimis p ciuitatem tudertii in locis solitis in die sabti.

Q Nullus amulso℞ laboret ul pasculet intra confines Jurisdiction tudti / et pena ofacient.

Clxxxxviiii. Item statuim q nulla psona de castro florentie, castro afacimi uel quocumq alio loco de tris amulso℞ audeat ul presumat laborare seu ad laborandum uenire siue cu bestijs ad pasculandu accede ul stare intra cofines comitat ⁊ Jurisdict cois ciuit tud sine expressa licent dno℞ prio℞ ⁊ cois tud / ad pena uigintiquinq lb℞ cort. contrafacient uero quilibet de ciuit et comit tud possit accipe et eos in dco tritorio ⁊ districtu sine pena capere in psonis et rebus et habeat medietate bam pdi bestia℞ et re℞. dum modo talem captum in psona et reb debeat cur cois tudertii assignari infra tertiam diem postqm captus fuit. saluo q predictis hominib et psonis dicto℞ castro℞ et loco℞ liceat infra decem dies post notificatoem eisdem fiendam p litteras comparere coram ipis dnis priorib ⁊ officialib comis tudti ad obstendendum de ipo℞ grauamie si de predcis nouerint se grauatos aliquo no obstante // Et q predca hominbus dicto℞ castro℞ et loco℞ Notificentur p litteras p coe tudertii trasmictendas

De pena intratis … uitate ul burgos aliunde qm p portas ul cancellos

CC. Item statuim q nullus audeat ul presumat Intrare uel exire in subburgis ciuitatis in locis in quib est clausum aliunde qm p cancelles noctis tpre contrafaciens in uiginti sold uice qualibet puniat / Siquis uo noctis tpre in burgos ciuitatis in locis in quibus est clausum intrauerit aliunde qm p portas ipo℞ burgo℞ in centum soldis den uice qualibet puniat / Siquis aut in

Ciuitatem ueterem

A
Fol. IIII.

Ciuitatem veterem noctis tpr aliunde intrauerit qz p por
tas in decem lib. vice qualibet puniatur. Si vo supius
vl sup portam intrauerit i quinqz soldis vice qualibz puniat.

De pena acceptantis dnationem vl officium absqz licentia dnor prior. CCI.

Item statuimus qd nulla psona audeat vl psumat aliqua
dominationem siue officium alicui ciuitatis terre vl ca
stri de qua dict electus ullatenus acceptare nisi de exp
ssa licentia dnor prior ciuitatis tuderti. Contrafacien
tes no penam centum libr. incurrat eidem p potestatem vl
Capitaneum auferendam qua licentiam si talis electus non
erit acceptare dni priores populi ei dare & concedere tene
antur receptis tamen a tali electo ydoneis fideiussoribz cum
stipulatione sollepni qd idem electus suum officium exce
bit bene & legalit & bona fide & sine fraude atqz dolo.

De pena officialis mandantis aliqd cam comis c'ra istam formam intrantis cameram vl de ipa condepnationes extrahentis. CCII.

Item statuimus qd nullus forensis etia si iurisdictionem
exerceret in ciuitate tuderti cogi vl constringi faciat
cam cois tuderti nec officiales camere dci cois pena p vice
qualibet quingentar. libr. cort. Et nullus etia officialis fo
rensis iurisdictionem exercens aliqd pcepta vl mandatum fa
ciat siue molestiam inferat vl inferri faciat dicto came
rario & not. cam pena p qualibz vice ducentar. libr. cort. Nec
ipi officiales vl eor familiares intrent camera hostij cois
habitationis & cam dicti cam pena p qualibz vice centu. libr
cort. & p quolibz officiali seu familiar. Et de pdictis exactione
et molestia intoitu & pcepto stetur & credatur simplici ver
bo dci cam. et eius not. sine alia pbatione. Nullus
etiam ciuis vl forensis etiam si officialis fuerit officio
dnor prior. & eor not. dumtaxat excepto aliquas condemp
nationes existent in cam cois tuderti de ipa cam extrahat.

qd no intret officialis camera vl abitatione camerary pena c. lib. nec ei not.

ARCHIVIO ... COMUNALE

vel exhiberi faciant pena pro quolibet et qualibet vice viginti
quinque librarum cortonensium. Teneatur tamen ipse Camerarius copia
dare cuicumque petenti.

De pena macerantis linum vel aquam derivantis de lacu sancti faustini CCiij.

CCiij Item statuimus quod nulla persona audeat vel presumat
macerare sive ad macerandum mictere in lacu comunis tudertini
qui dicitur lacus sancti faustini linum vel canapem aliquo
tempore neque de ipso lacu quocumque modo deviare vel stocere
aquam nisi de licentia dominorum priorum populi et pro qualibet
derivatione aque facte de dicto lacu et pro quolibet die pena
decem librarum cortonensium contrafaciens contra predictam formam in
civitate si non linum vel canapem macerauerit vice
qualibet puniatur in viginti soldis.

De pena habentis hostia in muris alicuius castri CCiiij.

CCiiij Item statuimus quod nullus possit habere hostia in muris
alicuius castri quod Ceruleica castrum factum et constructum pro
munitione et actatione castri per que hostia possit intrari
sive signa sunt invenientur et claudeant ad renam et calce
ita quod dictus murus sit grossus sicut est grossus murus
dicti castri pena centum librarum. Ita quod homines volentes
intrare castrum non possint nisi per portam. Item quod nullus
possit appodiare ad ipsos muros ex parte posteriori cuiuscumque
castri et quicumque contrafecerit in predictis puniatur in decem libris et
nichilominus teneatur claudere hostia et removere appodiationem
predictam ad dictam penam. Et quod potestas et Capitaneus tene-
antur et debeant inquirere de omnibus et singulis supradictis et re-
pertos culpabiles condempnare in dicta pena. Quod cuilibet liceat venire
ad civitatem cum mercantiis Et de pena contradicentis CCv

CCv Item statuimus et ordinamus quod cumque extra iurisdictionem
civitatis et comitatus tudertini voluerit portare aliquas mercantias

ad vendendum in dicta Civitate tuderti quod possit libere
venire ad civitatem eandem mercaturam vendere sine contradictione
alicuius et qui contrafecerit puniatur in quinquaginta libris
denariorum cortonensium.

De iurisdictione potestatis et capitanei ante initium eorum officii. CCVI.

Item statuimus quod iudices malleficiorum tam potestatis quam
Capitanei vel qui pro tempore fuerint teneantur et debeant
illis octo diebus ante initium eorum officii et cuique ipsorum officii
qualibet die dictorum dierum venire et stare in palatio dicti
comunis ad banchas malleficiorum bis in die videlicet de mane
usque ad tertiam et a nona usque ad vesperas ad recipiendum
accusationes et inquisitiones et denumptiationes que
fierent coram eis ac etiam teneantur et debeant ipsi domini
potestas et Capitaneus tuderti facere per armos et presidentibus
ad ludum prohibitum taxillorum et processus qui fierent per eos
infra dictos dies valeant et teneant ac si facti essent
tempore eorum officii et exbanditos receptos condempnare secundum formam
statutorum comunis tuderti non obstante aliquo statuto ordi
namento vel reformatione in contrarium loquentibus.

[Left margin: quando [illegible] debent [illegible] iudices officii ipsorum [illegible] malleficiorum [illegible] ad banchas [illegible] · iiij° · [illegible]]

[Right margin: possint iudices malleficiorum octo diebus ante introitum de malleficiis cognoscere [illegible] et [illegible] per armis et ludis taxillorum expirationis [illegible] [illegible]]

De pena officialis facientis fieri sibi expensas in comunitate. CCVII.

Item statuimus et ordinamus quod quotiens contingerit aliquem
officialem comunis tuderti ire per comitatum tuderti quacumque causa
teneatur et debeat emere de sua propria pecunia necessaria
pro vita ipsius et famulorum. Et qui vel quorum equos secum duxerint
neque cogat aliquam universitatem vel spetialem
personam ad faciendum sibi expensas directe vel per obliquum
contrafaciens solvere qualibet vice in quatruplum
eius quod accepit puniatur ac restitutionem eius quod accepit.
Et quilibet universitas et spetialis persona tempore sindicatus possit recipere
omnes expensas quas dicto officiali dederit et fecerit ipsi cum

quattuor testibus de publica fama que in hac parte pro proba
tione legittima habeantur Et quod sindicus qui ad sindica
dum ipsum officialem fuerit deputatus predicta bannum facere tene
atur tempore dicti sindicatus et in predictis exequendis habeat plenum arbitrium.

¶ Dapna data

De forma electionis officialis dapnorum datorum et actationis viarum fontium et pontium — CClviij

CClviij

Item statuimus et ordinamus quod domini potestas populi qui pro
tempore fuerint, teneantur et debeant simul adunare co
nsules illarum artium qui debent adesse electionibus dominorum prio
rum secundum formam statuti de mense Januarii, Et una cum ipsis domini prio
ribus eligere et nominare unum bonum et expertum vel officialem

N. cum ipsis consulibus et ipsi consules una

litteratum qui secum habere debeat duos notarios unum equum
et quattuor servitores ¶ Qui officialis habeat officium dapno
rum datorum et actationis viarum fontium et pontium civitatis
et comitatus tuderti, cum salario pactis conditionibus et conventio
nibusque et quas ipsi domini potestas et dictis consulibus videbitur
convenire ¶ Et nichilominus dictus officialis eligendus te
neatur et debeat simul eligi per comitatum tuderti et per singula castra
et villas ipsius comitatus et sub firmitatis civitatis tud. custodes
secretos qui denuntient quibus dapnum dantem et quibuscumque
bonis existentibus in comitatu tuderti Et gerat predicta officia
secundum statuta et ordinamenta per eos fienda et que apparerent in hoc
volumine statutorum

De pena dapnum dantis cum bestiis in rebus alterius et retinentis capras Et quod liceat pecorarios verberare — CClviiij

CClviiij.

Item statuimus et ordinamus quod iumentum et quelibet
alia bestia si bladum vineam canapem ortum ca
netum siluam erbarium vel saltetum aliquas de
vastaverit vel dapnum dederit alicui sine domino cuiuscumque dic
tarum bestiarum fuerit presens vel absens pro equo
vel iumento puniatur in decem soldis si de die si
de nocte in viginti soldis puniatur, pro bona

Porco vel somaria in tribus soldis si de die fuerit de nocte
in quinque soldis puniatur ¶ Item pro qualibet capra in quat-
tuor soldis et pro qualibet pecude in duobus den. pro qualibet pullo
gallinacio in tribus den. pro qualibet ocha vel aneta in sex den.
et dampnum emendet integre patienti ¶ Siquis non occiderit
porchum vel pullum gallinatium ocham vel anetam pro suo
dampno nullam penam patiatur sed reddat porcum mortuum
ocham vel anetam vel pullum mortuum illi cuius erat ipsa
die vel sequenti qua mortuus fuerit sed si questio esset utrum
porcum pullum ocham vel anetam occidisset alibi quam in suo dam-
no stetur sacramento occidentis nisi probaverit legiptimis pro-
bationibus ipsum alibi occidisse ¶ Item siquis sive bestia dap-
num fecerit devastando erbas si de die in quinque soldis
si de nocte in decem soldis puniatur si non aliud dampnum de-
derit si de die in decem soldis puniatur ¶ De vastis non fruc-
tuum arborum terrarum vinearum ortorum crocorum silvarum ca-
netorum et salcetorum puniatur in decem soldis et dampnum emen-
det usque in ipsam summam et si potestas voluerit sufficiat iura-
mentum custodis vel laboratoris etiam si fuerit de familia
accusatoris et possit accusatus se suo iuramento purgare si nolu-
erit dominus vel laborator aut custos silvarum et aliarum rerum dampnum ¶ Quod laborator custos non teneantur
dederit condempnetur in quadraginta soldis si dominus voluerit
et stetur iuramento domini rei usque in decem soldis de dampno
et extimatione dampni ¶ Item nullus teneat capras et
becchos iuxta civitatem per tria miliaria nisi duceretur causa
occidendi aut aufugerent propter guerram possit tamen quili-
bet infirmus pro sua infirmitate tenere unam capram et
nulla persona possit tenere capras vel capram in aliquo
castro vel villa comitatus tuderti in tenuta ipsius ca-
stri vel ville si deliberatum fuerit per cives habentes

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI

possessiones in tenuta ipsius castri vel ville vel maiore
partem ipsorum Civium quod non teneatur sub pena vigin
ti soldorum et predicta deliberatione facta per cives si ali
quis tenuerit dictam capram quilibet possit ea acci
pere sine pena possit tamen hospitale Caritatis et
hospitale sancti stefani tenere capras per se sine
pena ¶ Item quilibet possit guastatores pecorarios
et custodes silvarum et bestiarum verberare sine pena
moderate et bestias quas invenerit in suo dampno
auferre possit et sine pena ducere et retinere donec dap
num fuerit sibi emendatum et hec idem facere possit
de pignoribus et etiam possit recipere manicatum ipsarum
bestiarum dum retinuerit et ablatione et occisione ipsarum be
stiarum stetur iuramento auferentis vel occidentis ipsas be
stias vel aliquam earum ita tamen quod teneatur illi vel il
lis cuius vel quorum erunt bestie vel aliqua earum denun
tiare vel dicere et sufficiat dicta probatio in condempnatione
facienda usque in decem soldis ¶ Item si quis abstu
lerit linum vel canapem de qua vel aliunde si de die
in centum soldis si de nocte in decem libris puni
atur et possit cognosci tam dominus rei ablate quam laborator
vel usufructuarius vel redditarius ad extimationem dicti
dampni ut dictum est ¶ Item quod quilibet cleri
cus possit per se constituere et admictere procuratorem
ad accusandum de dampno dato in forma ecclesiarum
¶ Item quod nullus possit facere nisi unam accusationem
in die de dampno dato et non possit accusare ali
quem nisi tres in libello et stetur iuramento accu
satoris usque in decem soldis non obstante si plu
res fuerint accusati ¶ Si vero accusatus pro

bauerit se esse siue bestijs de quibus accusatus esset ad pe-
nam aliquam non teneatur & requiratur accusatus una vice
ante iuramentum accusatoris siue conquerentis ¶ Item ille
qui abstulerit bestias in dampno suo teneatur deruptiare
illi uel illis cui uel quorum fuerint ipse bestie quas ipse ab-
stulerit ea die uel sequenti postquam abstulerit & si non de-
ruptiauerit in dicto termino teneatur postea reddere illas
bestias illi cuius erunt ad suam petitionem & non emendetur
dampnum per eum ¶ Et quandocumque accusauerit aliquem de
dampno dato malitiose que malitia probari possit per quat-
tor testes qui sint de terra ipsius castri uel ville
in cuius territorio diceretur dampnum datum fuisse qui
deponerent & assererent dampnum non fuisse datum uel
accusam fuisse malitiosam secundum eorum credulitatem quod
tunc talis accusator puniatur in viginti solidis & super
eius accusatione non procedatur ¶ Et quilibet accusa- (Renuntiatio acc.)
tor possit deruptiare accusationem quandocumque uoluerit ante
sententiam & hoc locum habeat in quolibet dampno dato
& ubi loquitur de emendatione dampni

De pena dampnum dantis cum bestijs in vineis & deferentium uuas et tenentium canes & quos licet de nocte capere et uerberare. .CCX.

Item siquis intrauerit vineam siue ortum alte- CC.
rius tempore quo sunt fructus si dampnum non dederit (Po)
in viginti solidis puniatur & stetur iuramento domini uel
laboratoris uel custodis ¶ Item siquis dampnum de-
derit in vineis siue ortis dum fructus sunt in eis
si de die in quadraginta solidis si de nocte in Centum
solidis puniatur & dampnum emendet usque in viginti solidos
& stetur iuramento domini uel sui custodis seu laborato-
ris usque in dictam summam de dampno et extimationem dampni
in que omnia potestas & Capitaneus teneantur facere bannum

178r

a Calendis Madii in antea, usque ad Calendas septembris quolibet die sabati in locis consuetis ab hora tertie usque ad horam None. ¶ Item si Canis alicuius vel porcus dapnum dederit in vineis, dum sunt ibi uve, puniatur dominus porci vel Canis in viginti soldis si de die, si de nocte in quadraginta soldis et dampnum emendet. ¶ Si vero porcus dederit dapnum in orto alterius si de die in decem soldis si de nocte in viginti soldis comunis puniatur et dampnum emendet de quo dampno et extimatione dampni stetur sacramento domini vel sui custodis seu laboratoris vel usufructuarii usque in dictos viginti soldos. ¶ Item nullus deferat ficus vel alios fructus de nocte post tertium sonum Campane usque ad diem. Contrafaciens si de sua vinea in viginti soldis si de aliena in quadraginta soldis puniatur. ¶ Siquis autem detulerit uvas de vineys si de vinea alterius de nocte in decem libris puniatur et Custos teneatur accusare et quicumque accusaverit talem committentem contra predictam formam habeat medietatem banni. ¶ Nullus etiam de die deferat de vinea sua vel aliena uvas maturas vel agrestas sine licentia potestatis vel Capitanei civitatis predicti. ¶ Siquis vero contrafecerit si quinque uvas detulerit vel abinde infra si de vinea ipsa vel conducta vel de vinea domini sui vel de mandato domini vinee in duodecim denariis pro una qualibet puniatur. ¶ Si vero de vinea aliena detulerit in quinque soldis puniatur pro qualibet uva. ¶ Si autem adiecto numero supradicto in duplum dicte pene in utroque dictorum Casuum puniatur. ¶ Liceat tamen unicuique domino vel laboratori de vinea sua vel quam laborat et conducit, palam et publice deferre unam uvam tantum sine pena. Et etiam liceat Cuilibet de vinea sua vel quam laborat deferre uvas quolibet die Io

nunij sine pena et etiam liceat Pitichinolis et Camagna
iolis uuas colligere de pergulis cum voluntate cui erunt et appor
tare et tenere ad vendendum in platea comunis et non alibi que pene
auferantur de facto ¶ Item teneatur Potestas et Capitaneus
a kalendis may usque ad festum omnium sanctorum facere custodiri por
tas Civitatis per custodes eligendos per consilium generale
a primo sono campane que pulsatur de nocte usque ad diem
qui teneatur et debeant omnes qui venerint ad Civitatem cum
predictis fructibus accusare et sint ipsi custodes de Civitate tud.
et habeat pro quolibet de qualibet accusa soldos quinque cortonesium
¶ Et Item fuerit in castris et villis comitatus tuderti quod cu
stodes commiserint fraudem in dicto officio puniantur si de die in
Centum soldis si de nocte in decem libris et non admittatur et
ad accusandum de contentis in dicto capitulo aliquis venditarius nisi
vere receperit fructus per se vel alium de re de qua faciet accusam
nec aliquis guardianus vel parciator nisi guardianus et parciator
mulieris que non haberet filios legitime etatis et admic
tantur ad accusandum familiares et conversi hospitalis Sancta
tis et aliorum hospitalium et locorum religiosorum ¶ Et quod nota
rij dampnorum datorum curie Potestatis et Capitanei teneantur singulis
diebus a festo sancti fortunati usque ad tempus quo per consilium data
fuerit licentia vindemianti infra senatas tudertinas circa
Civitatem et ubique a senatis infra pro illis qui deferrent uvas
contra formam huius capituli ¶ Et si quos invenerint ipsi vel
eorum familiares puniant pena predicta cuius pene medie
tas sit comunis et reliqua medietas sit talium notariorum
vel familiarium qui contra facientes in predictis deprehenderint ¶ Et
liceat cuilibet quemlibet quem invenerit dampnum dare de
nocte in vineis vel orto dum sunt ibi fructus sine
sanguinis effusione verberare ipsumque capere et tenere

Ne qui non possint accusare

a festo sancti fortunati

et ducere ad cameram Comunis tuderti et ei auferre pignora
sine pena et sufficiat in predictis probatio publice fame cum
Juramento inventoris vel domini vel laboratoris seu custodis
ipsius rei ¶ Et si dns dapnum dans offenderit inventorem dnm
vel laboratorem seu custodem ipse et quilibet ptus puniatur in
quatruplum pene contente in statuto comunis tuderti de ipsa
offensa. Nec prosit ipsi dapnum danti si ipsas offensas fecerit ad
sui defensionem et nichilominus dapnum emendet passo de quo
stetur Juramento ipsius dni vel laboratoris usque in quadraginta
soldis. ¶ Et quilibet de comitatu qui habet canem
debeat ipsum canem tenere ligatum per totum mensem Au
gusti et septembris ad penam viginti soldorum. ¶ Et sin
dici castrorum et villarum comitatus civitatis tuderti teneantur de
nuptiare omnes habentes canes in eorum castris vel villis
et non tenentes eos ligatos dicto tempore ad penam vi
ginti soldorum. ¶ Item nullus venator seu cacciator va
dat de dictis mensibus ad cacciandum vel venandum
per vineas ad penam quadraginta soldorum. ¶ Item quod
omnes homines civitatis tuderti eiusque burgorum et suburgorum
teneantur et debeant eorum canes quos habent de dictis
mensibus tenere ligatos et eos non permictere exire
de civitate burgis vel suburgis ad penam viginti
soldorum et quilibet de predictis possit accusare et
teneatur nomen eius in credentia Et habeat medie
tatem banni. Et predicta omnia faciat bandiri Pote
stas et capitaneus et quilibet eorum de dictis mensi
bus quolibet die sabati et dominicali.

CCXI

De modo procedendi super libellis dapnorum datorum. CCXI.

Item statuimus quod quandocumque aliquis aliquem
accusaverit de dapno dato quod diceret sibi datum

teneatur et debeat. Idem accusans in ipsa porrectione
libelli seu accuse sive libellum vel accusam dimictere
penes notarium malleficiorum comunis tuderti ad hec deputatum
vel imposterum deputandum. quem libellum vel accu
sam idem notarius infilçare teneatur et ipsum scribere
in actis curie predicte. quo libello porrecto et infil
çato possit super eo expensis tamen ipsius accusantis ante
iuramentum calupnie seu responsionem ipsius accusati
unica citatio fieri et non ultra qui quidem accusatus si
in termino citationis huiusmodi venerit respondere libello
per iudicem malleficiorum qui de ipsa accusatione cognoverit
omnimode compellatur. Et si vero in dicto termino non com
paruerit non possit amplius super ipsa accusatione procedi nisi
prius de calupnia super ipso libello per ipsum accusatorem
prestito iuramento quo recepto super ipso libello secundum formam
statuti dicti comunis deinceps procedatur. Et si secus factum fue
rit accusatio predicta et processus super ea sint ipso iure
nulli et nullius valoris firmitatis vel momenti. Et ab
ipsa accusa et processibus preter dictam formam celebratis
ipse accusatus totaliter absolvatur et iudex qui contra dictam
formam mandaverit Et notarius qui scripsserit in viginti quinque
libras pro quolibet ipsorum vice qualibet qua contrafecerint eorum
sindicatus tempore condempnentur Et nichilominus ipse accusans
qui preter dictam formam ab ipso iudice aliquam citationem impe
traverit contra predictum accusatum citatum dicto accusato in viginti
solidis cortensium per officialem quemcumque dicti comunis quem eligere
voluerit condempnetur.

De pena incidendi silvas vel arbores alterius Et pena sindicorum non corrumpentium talia comictentes CCXij

Item statuimus quod quicumque dampnum dederit in possessio
nibus alicuius inciderit silvam vel arborem domesticam vel

silvestrem seu partem ipsius incidit et probaret per unum testem ydoneum puniatur vice qualibet in centum soldis cort. ¶ Set si non probaverit per aliquem testem stetur iuramento dapnum passi sine aliqua probatione et tunc dapnum inferens puniatur in quadraginta sold. cort. et non ultra et in quolibet casu dapnum emendet patienti usque in viginti sold. iuramento accusatoris ab inde vero supra probatio legiptima requiratur ¶ Et quilibet sindicus cuiuslibet loci in cuius tenuta dapnum huiusmodi datum foret seu massarii ipsius loci si sindicum non haberet teneantur et debeant pena quadraginta sold. cort. pro quolibet sindico et quinque sold. pro quolibet massario ad petitionem talis dapnum passi viso dapno illato denumptiare datorem ipsius dapni alicui ex curiis comunis Tuderti infra decem dies postquam fuerit inde requisitus et ad ipsum dapnum videndum accedere debeat ad requisitionem dapnum passi. ¶ Et iudex et officiales dicti comunis teneantur et debeant super dictis denumptiis ad petitionem dapnum passi procedere habito iuramento ab eo qui dapnum sustulerit et culpabiles punire ut dictum est.

De pena decippantium vel extirpantium silvas comunis — CCxiij

Item statuimus quod nullus audeat decippet fodiat vel radicitus extirpet qualescumque silvas comunis Tuderti ubicumque positas nec arborem domesticam ex eis incidere. ¶ Et hoc locum habeat tam in illis qui tenent dictas silvas conductas ad redditu pro dicto comuni quam in aliis quibuscumque personis districtualibus
CCxiiij Tudertinis vel forensibus. Qui autem contrafecerit puniatur vice qualibet per dominos potestatem vel capitaneum vel eorum officiales in decem libr. cort. ¶ Et quod liceat cuilibet accusare delinquentes et habeat medietatem dicti banni

cuiusque nomen incedentia teneatur. ¶ Et quod dominus potestas et capitaneus vel qui loco eorum fuerit teneatur predicta facere banniri primo mense eorum regiminis per civitatem Tuderti in locis consuetis sono duarum tubarum premisso.

De pena offendentium vel dapnum dantium in bonis Ecclesiarum Monasteriorum et aliorum locorum venerabilium CCXIIII

CCXIIII

Item statuimus quod potestas et capitaneus teneantur primo mense sui regiminis facere banniri per civitatem quod nulla persona offendat vel offendi faciat aut det dapnum aliquod aut dari faciat in Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus vel aliis locis venerabilibus civitatis aut comitatus Tuderti, nec in eorum domibus rebus possessionibus vel bonis dictarum Ecclesiarum vel Monasteriorum, Hospitalium, seu locorum de die vel de nocte. ¶ Et qui contrafecerit puniatur secundum formam statuti comunis Tuderti ac si offendisset vel offendi fecisset aut dapnum dedisset in bonis Tudertinorum suppositorum iurisdictioni comunis.

De emendatione facienda civibus recipientibus dapnum in Comitatu et modo servando in ea CCXV

CCXVI

Item statuimus quod si alicui civi Tudertino fuerit dapnum datum cum bestiis vel sine bestiis in vineis blado arboribus vel rebus aliis Et civis dixerit suo iuramento nescire personam que dederit dapnum ad petitionem illius civis cogatur castrum vel villa seu homines ipsius vel ipsorum castrorum vel villarum in cuius vel quorum tenuta dapnum datum fuerit assignare datorem dapni, quo assignato consul seu procurator vel homines ipsius loci in quo dapnum datum fuerit formet suam petitionem et si contra illum qui accusatus fuerit vel a dicto consule vel procuratore assignatus non esset legitime probatum vel assignatus non fuerit solvendo castrum vel villa

uel homines dictorum locorum, siue ipsius loci, ac etiam forge
tes ibi habitantes et nobiles qui laboritium faciunt aut
bestias tenent dampnum emendare teneantur et cogantur
Et idem fiat in rebus ablatis et dampnis datis quocumque
modo. Quie talis sindicus assignauerit et non probauerit
quod homines castri ipsius loci deliquerint uel aliquis eorum,
de dampno uero et extimatione stetur et credatur iura
mento eius recipientis dampnum, uel sui filii aut fa
miliaris. Et etiam de loco et territorio in quo dampnum
datum fuerit. Similiter intelligantur predicta
in usufructuariis et reddituariis cuius uel quorum iura
mento in predictis casibus stetur et credatur usque in
decem soldis, a decem uero supra usque in quadraginta
stetur sacramento ipsius uel ipsorum cum uno teste de veri
tate et a quadraginta soldis supra usque in centum stetur
iuramento eius cum duobus testibus de veritate a centum
vero supra, dictum capitulum non habeat locum contra
castrum, set contra totum plebatum in cuius territorio
dampnum predictum datum fuerit. Et de predictis
cognoscat Iudex maleficiorum sumarie. Et si in loco in
quo dampnum datum esset, non esset habitatio homi
num, tunc fiat emendatio dampni per proximiores ipsius loci
secundum modum predictum. In quibus locis liceat occidere
porcum. Et de pena venatorum et canum ipsorum dampnum dantium. CCxvij

Item de nouo statuimus quod ubicumque statutum loquitur
quod liceat occidere porchum in suo dampno intelliga
tur et intelligi debeat in hunc modum, videlicet
quod cuilibet liceat quocumque tempore occidere porcum
in vineis et ortis, siue in eis fuerint fructus siue
non, in terris vero aratoriis liceat occidere por

cum, eo tempore tantum quo sunt in eis fructus. Item si venator uel aucupator, seu canis ipsius venatoris dapnum dederit tempore venationis uel aucupationis in vineis dum sunt vue mature puniatur in duplum pene in qua alias puniendus esset secundum formam statuti. Si vero dapnum dederit tempore venationis uel aucupationis, idem venator uel aucupator personaliter in quibuscumque aliis bonis puniatur etiam in duplum pene in qua alias et alio tempore puniendus esset secundum formam statuti comunis tuderti.

De pena deferentium amidolas — CCXLVII.

CCXLVII

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona de ciuitate aut de comitatu tuderti nec etiam aliunde det dapnum in amidolis, nec ipsas deferat ad vendendum ad ciuitatem tuderti a kalendis martii usque ad kalendas Iulii et qui contra fecerit puniatur in uno denario pro qualibet amidola, ita quod summam viginti solidorum non excedat et stetur sacramento accusatoris et predicta facere teneatur potestas.

Que platea comunis intelligatur a catenis intus — CCXLVIII.

Cum in pluribus partibus huius statuti fiat mentio de platea comunis, ideo statuimus quod platea comunis tuderti intelligatur et esse declaramus a catenis intus stantibus et infixis circumcirca utramque plateam, scilicet platea vetere dicti comunis et alteram plateam dicti comunis contiguam cum ipsa platea veteri que vocatur platea sancti Iohannis.

CCXLVIII

De electione populariorum deferentium trahere tempore novitatis, quomodo fiat, a ... per eos, ... — CCXLVIIII.

Item statuimus et ordinamus quod domini priores populi teneantur et debeant reduci facere in scriptis omnes et singulos populares cuiuslibet regionis ciuitatis tuderti aptos ad trahendum et succurrendum in subsidium populi dicte ciuitatis cum armis et sine armis sicut et quando videbitur et placebit dominis prioribus populi dicte ciuitatis. Et quod ipsi domini priores populi diuidant ipsos populares per viginti quinque et singulis viginti quinque dentur per eos duo conestabiles, qui conestabiles cum eorum viginti quinque et cum armis uel sine armis compareant coram dominis prioribus, videbitur et placebit, ad penam quam dictis dominis

sicut est

porib; indebite gravare. Et q dci dni priores populi teneant et debeat exactis
popularib; eligere usq; in sexcentu hoies et plures vel pauciores ut eis videbit
intus civitate veteri habitantes. Qui sexcetu sic electi teneant et debeat
tpr cuiuslib; novitatis qua deus advitat trahere ad dcos dnos priores de die
et de nocte et qties eis p priore dcor dnor prior mandatu fuit et eos seq toto
posse. Et q illi de dco nuo q deputati erut ad veniendu ad palatiu dnor
prior no debeat discedere sine lic dcor dnor prior pena centu sold p qlib; et qlib;
vice. Ite q qlib; banderarius debeat trahere ad locu sibi deputatu festinant
cu sua banderia tpre alicuius suspictois rumois vel ignis et inde no discedere sine
lic dnor prior ad pena vigintiquinq; lbr p qlib; et qlibet vice q gt fecerit. Ite
q omes alij vltra dcm nuum sexcetum festinant trahat ad eor conestables
Et conestables ad eor banderia ad locu ordinatu et inde no discedat sine lic
eor conestablis et conestables sine lic eor banderarior ad pena cetu sold p qlib;
et qlib; vice. Ite q nullus aliis civit tud civis vel foresis habitas in civit vel
comit tud cuiuscuq; condictois existat audeat torib; rumoris noctis tpre exire
domu i qua habitat ad pen centu lbr p qlib; et qlib; vice. Et q qlib; de dco nuo
amator possit denumptiare illos q ex dcm nuum domu exiret vel claustru
noctis tpre et teneat nom denumptiatoris in credentia. Et q oes deputat ad
sequela dnor prior hre debeat ad minus infrascripta arma vz cebelleria vel barbuta co
fectu vel coracias vel laberias lacias vel maczas vel balistra pavese vel tarcia
vel tabulaciu seu bracciaiola ad pena viginti sold p qlib;. Et q oes deputati ad
aliqua banderia debeat obedire eor banderarijs ad pena p qlib; et qlib; vice
quatraginta s. Et etia oes obedire debeat eor conestabilib; ad dcam
pena. Ite q oes stipendiarij ta equestres qm pedestres dci cois dcis tprib;
et alijs quibuscunq; ad pet dnor prior populi trahere debeat ad platea
ad ipor dnor prior palatium armati et inde no discedant sine lic
ipor dnor prior pena Quinquaginta libr cort p qlibet
Et qualibet vice Et nichilominus sit cassus a stipendio nec debeat ad
ipi cois stipendium de ceteo remanere. Ite q omib; Banderarijs dari debeat
p camerariu cois tudti. Due mosciarde et quinquaginta torchij.

D IIII A

In quibus casibus potestas et capitaneus habent arbitrium CCXX

Item statutum est quod potestas et capitaneus et quilibet eorum habeat arbitrium
inveniendi malla ista et quodlibet ipsorum videlicet homicidium furtum robariam
incendium adulterium et strupum. Et hoc intelligatur si predicta malla vel
aliquod predictorum fuerint de nocte perpetrata seu perpetratum. Habeant quoque ar-
bitrium contra quemlibet inferentem per se vel alium alicui tacite vel expresse
emptione venditione acquisitione alienatione cessione concessione conductio-
nem datione vel receptione usum aut laboritium alicuius rei quocumque
iure cum vel titulo quo eam talem rem vellet recipere vel acquirere dare aut
tradere cedere vel concedere. Et contra inferentes vel timorem seu minas in-
ferentes per se vel alium alicui laboratori ne terram vineam seu fundum alicuius
laboret et contra inferentes vel inferri facientes predictis vel alicui predictorum occasione
predicta vel expressis ante talem receptionem vel concessionem talis rei vel post
seu eo tempore concessionis vel receptionis aliquam iniuriam violentiam seu
offensionem realem vel verbalem vel personalem dicto vel facto. Et contra omnes
violentiam aliquam in personis vel rebus committentes de quibus omnibus
et singulis mallis excessibus et delictis et quolibet eorum potestas et ca-
pitaneus et quilibet eorum sollicite teneatur inquirere quolibet mense per homines
fide dignos quorum dicta secrete teneantur. Cum tamen contra reum de predictis
mallis vel aliquo predictorum non possit procedi ad torturam nisi habitis aliquibus
inditiis primo vel saltem inditio. De pena facientium coniurationem de
non laborando terras et de modo faciendi eas laborari CCXXI

Item statutum et ordinatum quod si aliqui invenirentur in aliquo castro vel villa
fecisse coniurationem de non laborando terras alicuius civis vel comitatis
civitatis Tuderti potestas capitaneus et quilibet loco eorum fuerit puniat quemlibet eorum
in decem libris. Et si quis non possit laborare vel laborari facere suas terras
vel possessiones vel tenitas potestas et capitaneus et quilibet loco eorum fuerit
et iudex extraordinarius teneantur facere laborari laboratoribus circumstantibus de-
terre ad petitionem illius cuius fuerit dicta possessio. Qui laboratores de ipsis
terris et possessionibus habeant partem fructuum secundum consuetudinem illius illius
loci et si homines castri vel ville in cuius tenuta posite sunt dicte terre
absentaverint se a dicto loco homines alterius loci cuius dicte terre magis

Arbitrium potestatis
vide quod habetur quod habet arbitrium
in predictis ... et ... ordinamentis ...
in ... ... capitulis ... ... delictis ...

Ingruat quilibet ... inquirat quolibet mense

BIBLIOTECA COMUNALE · ARCHIVIO · TODI

ipse sunt teneantur ipsas terras laborare secundum dictum modum et qui la-
boraverit teneatur reddere domino vel possessori ipsius in metendo terram
de battendo et vindemiando et in incidendo canape. Et predicta fiant tem-
pore congruo. Qui autem contrafecerit in viginti solidis puniatur. Item homines
castrorum et villarum comitatus tuderti in quorum tenuta sunt terre date in
tenutam pecunia tudertinis alicui persone pro aliquo debito pecuniario vel alio modo vel
quod aliquis ipsas terras acceperit in tenuta auctoritate sui iustitie debeant
laborare ipsas terras pro ipsis creditoribus. Et eisdem de fructibus ipsarum fide-
liter et sine fraude respondere et dare sicut debet. Ita si aliquis civis
vel comitatensis tuderti petierit ab aliqua universitate castri vel ville
quod laboret et laborari faciat terras suas in eorum tenuta positas rema-
neat in prudentia civium sintum terras in tenuta ipsorum laborum si sit
laboranda vel non, ita quod ille qui peteret non intersit. Et si possit laborari
respondeat de fructibus ipsarum terrarum qui laborari petierunt, et quod universi-
tas loci in cuius tenuta posite erunt dicte terre etiam si erunt negligentes in faciendo
laborari ipsas terras secundum formam mandati faciendi eis possessiales dicti communis quod
teneantur solvere dicto domino terre pro quolibet quatigno ad mensuram dicte civitatis
decem solidos cortonensium que pene applicentur domino [illegible] pro dampnis et interesse ipsi-

Quod liceat mercatoribus vendere ipsorum mercantias et de pena contrafacientis

Item statuimus et ordinamus quod cuilibet mercatori forensi cuiuscumque condi-
tionis mercantie existat liceat et possit et licitum sit in civita-
te et comitatu tuderti vendere eius mercantias ad grossum et ad
minutum sicut ei placuerit aliquo capitulo civitatis tuderti ordina-
mento vel statuto aliquo non obstante. Item quod nullus de civitate
tuderti possit alicui mercatori forensi de aliquibus mercantiis quas talis
forensis vendiderit in dicta civitate ad grossum vel ad minutum accipere
vel retinere capitis libram. Et quod nullus contradicat vel inhibeat alicui
mercatori forensi quod non vendat vel vendi faciat in dicta civitate mer-
cantiam seu mercantias quas apportasset seu apportari fecisset ad mi-
nutum vel ad grossum seu ad talglium. Et qui contrafecerit in predictis vel
aliquo predictorum puniatur vice qualibet in quibus centum denariis cortonensium

De pena Imponenda p Potatem Capitm et eor Judices sotios
et Notarijs Inobedientib absq alia condepnat CCXXIII

Item statutum e . q potas et Capitaneus et qlibet eor possint et possit
parere et inobedientes sibi punire et penas de facto sine aliquo processu
ul condepnatione exigere usq in summam Centum soldor p quolibet inobediente
et qualibet uice considerata qualitate Inobedientie et psone . Judices uo
et sotij eor et cuilibet eor simili modo et forma possint multare seu
penas Impone usq in Quatraginta soldos . Notarij uo usq in soldos
decem contra quemlibet Inobedientem Considerata semp in pdcis qualitate p
et Inobedientie saluis alijs statutis maiori pena imponentib. De finis
non fiendis In Ciuilib ul criminalib ultimis quindecim dieb CCXXIIII
Item statuim et ordinam q potas ul Capitan no possit aliquam sniam
absolutoria ul condepnatoria In quindecim dieb ultimis eor ul alicuius eor
Regiminis Nec in aliquo eor quindecim dier facere nec aliqua apodissa
de solutione facienda sigillare . Nisi pamfagiatorib et nuptijs . intelligatur
infra dcos quindecim dies pstitis Cois nec etiam aliqd consilium gnale facere
p aliqua spali psona nec ad petitione alicuius spalis psone pauere ul re
aliqua Cois danda ul concedenda . Et hoc idem seruari faciat ipi potas
et Capitan et qlibet eor Judicib eor et cuiq eor in finis absoluto
rijs et condepnatorijs In Ciuilib omnib .
De pcedat de similib ad similia CCXXV
Item statuim et ordinam q si aliqs malum comitteret psonale ul
Reale de quo no eet Imposita pena p aliqd statutu Cois ciuitati
possit potas ul Capitan punire delinquentes huiusmodi scdm modum aliar
penar contentar in statutis dci Cois ul aliquo eor ~~punire~~ pcedendo de
similib ad similia . Et si qs comitteret aliquod illicitum seu Inhonestu
qd trahi possit ad iniuria ul delictum ciuis ul similis excessus cui pena
no eet in statuto expssa et uideretur Justum potestati seu Capitaneo
pena Impone p tali excessu illicito seu Inhonesto possit potas ul Capi
taneus q de eo pcederet usq in summam decem libras ul minore pena
Irrogare considerata psona et sui qualitate . De Ordinamtis grassie CCXXVI
z Cera bladi fiendis p Comunitatum

BIBLIOTECA COMUNALE

Item statuimus et ordinamus quod cerca fiat et fieri debeat per totum comitatum
Civitatis Tuderti de quolibet genere bladi, que cerca incipi debeat quam citius
poterit per duodecim bonos viros. Inter quos sint sex notarii eligendi per consilium
generale, cum salario quod placuerit ipsi consilio. Qui duodecim boni viri di
vidant in sex partes et deinde cerca incipiat a confinibus comitatus Tuderti,
et reducat in scriptis totum bladum et genus bladi quod invenient
per ipsum comitatum, reducti isto tempore non fiat ipsa cerca bladi si videbitur in consilio

Quod boni viri electi pro grascia investigent in Comitatu **CCxxxvj**

Item statuimus quod predicti boni viri ad dictam cercam deputati teneantur et debeant
ad certam penam imponendam per dominum potestatem vel capitaneum omnes et singulas
domos existentes in comitatu Tuderti aperire si clausas invenerint,
et omnes videre debeant et rimari pro blado inveniendo, quod syndicus castri
vel ville vel propinquiores eiusdem domus quam intraret pro predictis ire debeant
cum dictis bonis viris ad aperiendum et rimandum talem domum dicta de causa.

De Regimine faciendo domino episcopo pro Grascia **CCxxxvij**

Item statuimus et ordinamus quod venerabilis pater et dominus dominus .. episcopus
Tudertinus rogetur ex parte dictorum dominorum priorum potestatis et capitanei quod manda
det clericis comitatus Tuderti per litteras speciales, ut domum et eorum corpus
rimari permittant ad hoc ut fraus aliqua committi non possit, et quod mittat unum
ex familiaribus suis ad faciendum clericos iurare ad hoc quod fraus non commit
tatur

De Pena doganam facienda de blado et de pena contrafacientis **CCxxxviij**

Item statuimus quod nullus de Civitate vel comitatu Tuderti audeat vel presumat
seu attentet facere vel fieri facere per se vel alium aliquam doganam, accoltam vel
congregationem bladi vel frumenti. Et si aliquis fecerit puniatur in decem
libris pro quolibet vice et perdat bladum quotiens contrafecerit. Et hoc ca
pitulum sit precisum et tolli non possit sed immutari. Et potestas et capitaneus
teneantur hoc capitulum semper poni facere de statuto in statutum. Et teneatur capitaneus et
potestas quolibet mense sui regiminis inquisitionem facere de predictis, et cul
pabiles punire secundum dictam formam et si dictus potestas vel capitaneus fuerit ne
gligens in predictis perdat de suo salario quinquaginta libras denariorum, et si

quibus m f q xiii

delinquens in predictis non fuerit suppositus Jurisdictioni Communis puniatur in penam
predictam et premio consanguineus ex parte patris Quod molendina habeant coppi
tellos cum quibus accipiant multura et pena contrafacientis CCXXX
Item statuimus et ordinamus quod in quolibet molendino Comitatus tuderti
coppitelli ferrei stare debeant ligati cum catena de ferro et sigillati sigillo
Communis tuderti quod coppitellus sit capax de vigintiquatuor partibus unius de quar
tigo rasato et sit et esse debeat eius forme et amplitudinis sicut est coppi
tellus ferri qui est apud cameram Communis Tuderti et ipsum coppitellum sit ligatum
palam tenere Et quod mollarii multuram ad aliam mensuram tollere non de
beant nec tolli faciant modo aliquo et qui contrafecerit puniatur In centum
soldis pro qualibet vice et quilibet de predictis possit accusare et habeat medietatem
banni Et etiam berrovarii et familiares Curie possint et debeant Inquirere
et bannire predictos et habeant de inventis per eos quartam partem banni et pro
ratibus sigillis in eorum coppitellis stantibus ligatis ad molendina cum catena ferrea
de sigillo plumbeo pendenti Communis tuderti non debeant nec cogantur ulterius
sigillari si mensure recte et iuste erunt Et tunc non possit Curia predicta
contra talem ad aliqua pena exigendum. De pena extrahentium bladum
vel grasciam et In quibus casibus portari possit bladum extra Civitatem CCXXXI
Item statuimus et ordinamus quod nullus de Civitate vel de comitatu tuderti
presumat extrahere aliquod genus bladi vel leguminis sive quod non contrafecerit extra
districtum sine apodissa vel littera solvat nomine pene pro quolibet corbe libras decem
denariorum et si minus extraxerit solvat pro rata et perdat bladum et perdat
bestiam super qua deportaverit de cuius banno et extimatione bestie me
dietas sit communis et alia medietas sit accusatoris et quilibet qui invenerit
talem seu tales deportantes bladum vel frumentum contra predictam formam te
neatur et debeat eadem die vel sequenti denumptiare talem vel tales sic de
portantes bladum vel frumentum domino potestati ad penam Quinquaginta librarum
Salvo quod cuilibet de Civitate burgis et suburgiis Civitatis tuderti liceat
sine pena portare et portari facere bladum et frumentum ad macinandum
molendino filii Bemutole(?) posito In nagia ad molendina intus vel subti
berium et ad molendinum domini Balluty domini Petri quod olim fuit Vala

Luciat Rogan(?)
quanta parte banni

gappe et ab inde intus et ad alia molendina a vate et vaque usque ad tiberim et ad molendina tiberis ex utraque parte et ad molendinum quod fuit Johannis Bonaguide et ad molendina hospitalis karitatis de Pigo et si ultra dicta molendina invectus fuerit tota re habita pro extractione grassie et puniatur ut supra. Et intelligatur extractor grassie si quod invectus fuerit extra confines per duo miliaria cum grassia salvo quod si aliquis de alio castro vel villa ex quod castrum vel villa sit iuxta confines non intelligatur exhere grassiam de comitatu si invectus non fuerit ultra castrum vel villa usque confines. Et teneatur potestas et capitaneus dare fine dare facere comitatensibus de tudertibus appodissa portandi peregrinis et eorum victu et eorum familia de duobus quatragins et plus per qualibet ebdomada de blado de quo tenetur nulla appodissa eis detur.

Tende capitulum.

Nequa quantitate grassie potest exhere et pena contrafacientius CCXXXV

Idem statuimus et ordinamus quod nullus de civitate aut comitatu tuderti vel forensis audeat vel presumat exhere aliqua grassiam de civitate vel comitatu tuderti, scilicet bladum, vinum, carnes, ova, pullos nec alia victualia. Qui vero contrafecerit puniatur pena infrascripta, videlicet quicumque portaret panem coctum vel bladum a viginti soldis seu solidatis supra puniatur in decem libris, et similiter de vino et carnibus. A viginti vero soldis seu solidatis infra cuilibet liceat portare sine pena et absque aliqua appodissa.

Quod sit licitum cuilibet exhere usque in duos porcellos CCXXXVI

Idem statuimus et ordinamus quod quilibet de civitate et comitatu tuderti possit et sibi licitum sit exhere de civitate tuderti et ducere in comitatum ad eorum habitationes unum vel duos porcellos, seu porcellas valoris pro qualibet triginta vel quadraginta soldorum vel abinde infra sine aliqua appodissa. Et si quis vero de civitate sine appodissa exhassent porcos castratos vel alias bestias maioris valoris vel boves alias adventitia exportantes puniatur in decem libris. Et si res valet ad decem libras in puniatur in viginti quinque libris et perdat bestias seu res quas

Necessarie intelligatur extractione grassie concordat ... ordinato ...

vide additam ... in libro reformationum in f. lxxxv ...

potauerit et cuilibet liceat talem accusare et habeat et habere debeat
etiam partem banni. Et apodissa de rebus premissis per potestatem et cap.
concedatur. Boves non aratorii non intelligantur de grassia et quilibet
possit eos ducere sine pena.

Per quas portas portetur bladum ad macinandum — CCXXXIIII

Item statuimus quod nullus audeat vel presumat portare aliquod bladum
ad macinandum extra civitatem Tuderti nisi per portas istas silicet per por-
tam vallis, sancte Crucis portam, sancti Stephani portam, vie plane portam,
porte fracte portam que vadit ad sanctum Angelum de fontanellis. Et si aliquis
per alias portas portasset (?) contra predictas portas in decem libris unusquisque
puniatur. De comitatibus et hominibus comitatus Tuderti [illegible] — CCXXXV
custodibus et pena contrafacientis et custodum fraude committentium

Item statuimus et ordinamus quod cum custodes grassie invenerint aliquam
grassiam vel devetum extrahere et ipsi clamaverint teneantur homines castri
vel ville aut loci aut propinqui tintinabuli (?) adsurgere dum et surrexerint de-
beant omnes ipsis custodibus et eos iuvare posse ad capiendum extrahentes
et etiam grassiam quam portaverit. Et eos ducere in fortiam domini potestatis
sive domini capitanei. Et si homines talis loci fuerint negligentes puniatur quo-
libet castri talis castri ville vel loci in viginti soldis exceptis viduis et
orfanis et miserabilibus personis et infirmis qui ad ipsam penam minime
teneantur. Si vero ipsi custodes fraudem comiserint in predictis puniatur
quilibet eorum in libris quinquaginta cortonensium. Item si de cetero duxerint
aliquem exbanditum vel condempnatum communis Tuderti vel exbanditus aliquorum
eius fuerit puniatur quolibet ipsorum custodum in centum libris.

Quibus liceat ire ad macinandum extra comitatum Tuderti et quibus non et de pena contrafacientium — CCXXXVI

Item statuimus quod nullus audeat vel presumat portare ad macinandum extra
comitatum Tuderti aliquod genus bladi. Et qui non (?) contrafecerit puniatur ac
si grassiam extraxisset pro qualibet vice. Salvo quod illis de castro Fracte (?)
consueverunt infra posse ire ad macinandum ad molendina civitatis Tuder-
ti. Et quod homines et persone plebatus sancte Marie de Colazone et
sancte [illegible] vallis Mortalle et omnes homines et persone plebani [illegible] et

Orgiali et Castri Motionis possint ire admacinadum ad molendina Colli et Ca
Camelli et Benardini comitum de Marsciano posita In flumine tiberis et
bladum admacinandum portare sine pena.

De modo servando ab illis qui vadunt ad molendina CCXXXVII

Item statuimus quod quilibet de comitatu Tuderti qui voluerit ire admacinadu
debeant portare admacinadum signum lapidis facti et teneatur Reddere signum et
farina plebano vel syndico talis loci quod dabit lapidem Et si non Reddiderit
habeatur pro extractore grasscie et si in castro vel villa non esset syndicus tempore depor-
tationis bladi debeat Reddere signum camerario [illegible] dicti loci signum et farina signum
autem Recipiat a plebano vel syndico aut ab altero ipsorum et Restituat signum Cu-
stodes vero grasscie non capiant aliquem habentem signum dum iverit admacinadu
et si capient et duxerit talem habentem signum puniatur per quolibet ipsorum
et qualibet vice In soldis Centum cortonensium Cuius banni medietas sit talis capti
et alia sit communis Et si de signo dubitaretur ducatur ad castrum seu villam un-
de esset talis Inventus.

De pena [illegible] occultantis bladum CCXXXVIII

Item statuimus et ordinamus quod nullus de Civitate vel comitatus audeat
vel presumat habere vel Retinere occultum In foveam puteum palearium seu vege-
tem vel In aliqua capsa Reponere seu In aliqua domo ipsius civitatis comitatus Tuder-
ti vel aliquo alio loco maliciose aliquod genus bladi In Centum libris cortonensium puniatur et quod (et contrafecerit)
et perdat ipsum frumentum vel bladum absconsum totaliter et quilibet possit
tales sic abscondentes denumptiare nomen cuius teneatur in credentia et habeat me-
dietatem ipsius banni.

De pena forensis emptis emptis bladum et vendentis eidem CCXXXVIIII

Item statuimus quod nullus de Civitate vel comitatu Tuderti audeat vel presumat
aliquod genus bladi vel frumenti alicui forensi qui non sit continuus habitator
Civitatis vel comitatus Tuderti et quilibet qui contrafecerit tam venditor quam etiam
talis emptor forensis In Centum libris cortonensium puniatur et si forensis ipsam
penam solverit non poterit computet sibi pro [illegible] tale frumentum bladum perdat

De pena prestantis bestias pro extrahenda grasscia CCXL

Item statuimus quod nullus de Civitate vel comitatu audeat vel presumat prestare

nec accomodare aliqua bestiam alicui comitatensi extere volenti aliquam grasciam ex comitatu Tuderti. Si quis autem contrafecerit in decem libris pro qualibet bestia mutuata et pro qualibet vice debeat condempnari et quilibet possit talem accusare et habeat medietatem banni.

De custodibus seu tectis contra extrahentes grasciam eligendis. CCXLI

Item statuimus et ordinamus quod fiant et fieri debeant quod citius fieri possunt custodes et guardiam celati qui continue qualibet ebdomada ire debeant per comitatum et ad castra villas et loca circumstantia civitatis et comitatus Tuderti ad inquirendum et inveniendum et capiendum extractores grascie contra formam dictorum ordinamentorum palam vel occulte. Et potestas teneatur et debeat de predictis et qualibet predictorum sollempnem inquisitionem et generalem facere quolibet mense sui regiminis [illegible] et inventos culpabiles punire et condempnare tam quam extractores grascie. Et dictorum custodum electio fiat et fieri debeat per consilium generale comunis predicti.

De pena iniuriantis forensi apportanti bladum. CCXLII

Item statuimus quod nullus de civitate vel comitatu Tuderti audeat vel presumat dicere nec inferre alicui forensi qui adducet seu apportaret ad civitatem Tuderti bladum ad vendendum aliquam iniuriam vel offensam et qui contrafecerit pro qualibet verbo iniurioso quod dixerit in viginti quinque libris denariorum puniatur. Et si percussisset vel offenderit puniatur in duplum pene in statuto comunis Tuderti contente et in qua deberet puniri civis vel comitatensis si offenderet civem vel comitatensem seu offenderit. Et si potestas fuerit negligens in talem punitione facere perdat de suo salario centum libras denariorum.

Quod cives Tudertini faciant portari bladum ad civitatem. CCXLIII.

Item statuimus et ordinamus quod quilibet civis Tudertinus teneatur et debeat facere apportari totum bladum quod habet in comitatu infra spatium unius mensis post kaminietum suum mandato potestatis vel capitanei comunis Tuderti et si post dictum terminum inveniretur aliquod bladum in comitatu puniatur pro qualibet quartengo in viginti solidis et perdat frumentum vel bladum dummodo predicta capitulum non preiudicet nec preiudicari possit civibus tudertinis cum eorum familiis continue morantibus in comitatu qui teneantur et debeant totum bladum quantum eis restat et superhabundat de eorum victu apportare et reddere ad civitatem Tuderti.

Biblioteca Comunale Todi

De pena emetis bladum contra istam forma — CCxliiij.

Item statuimus quod nullus de civitate vel de comitatu Tuderti audeat vel presumat quod sit copia et habundantiam bladi seu frumenti in platea Comunis Tuderti vel in aliquo alio loco civitatis Tuderti publice vel occulte emere frumentum vel bladum causa vendendi nec dicta in platea sed dum frumentum vel bladum velle emere. Et qui contrafecerit in viginti soldis cortonensium vice qualibet puniatur et pro quolibet corbe et quilibet possit talem accusare et habeat medietatem banni et teneatur in credentia.

De potestas non proponat de aliqua grassia extrahenda — CCxlv.

Item statuimus et ordinamus quod potestas vel capitaneus Comunis Tuderti non possit nec debeat aliquam propositam facere nec aliquam reformationem in aliquo consilio Comunis Tuderti de aliqua littera vel petitione que fieret vel veniret de extra civitatem et comitatum Tuderti pro parte alicuius potestatis vel capitanei vel rectoris alicuius civitatis vel loci vel ex parte alicuius domini vel persone pro aliqua grassia extrahenda vel remictenda et si potestas contrafecerit vel capitaneus talis reformatio non valeat nec teneatur ipso iure et nichilominus perdat de suo salario centum libras cortonensium.

De modo servando in forensibus venientibus cum grassia — CCxlvi.

Item statuimus quod siquis forensis voluerit intrare in districtum Tuderti cum grassia et victualibus libere venire possit usque ad civitatem qui ipsam civitatem intraverit non possit cum aliqua grassia discedere sine apodissa et si contrafecerit habeatur pro extractore grassie. Et hoc intelligatur de hiis qui debent solvere pedagium.

Quibus liceat extrahere bestias de civitate in die fori — CCxlvij.

Item statuimus quod quilibet civis et comitatensis possit et sibi liceat ducere ducere et duci facere ad civitatem Tuderti et portare seu portari facere porcos boves et pullos et alia animalia causa vendendi et ipsa animalia reducere ad domos eorum si ea vendere non possunt sine aliqua apodissa dummodo recta via vadant ad domum suam sed si vendiderint ea extrahere non possit de civitate Tuderti et si contrafecerit in soldis centum cortonensium puniatur pro quolibet animali.

De pena ementis vel vendentis vltra vnum cotemm frumenti — CCxlviii.

Item statuimus quod nullus de ciuitate tuderti audeat vel presumat emere pro sua familia vel pro sua et sue familie comestione in ebdomada vltra vnum cotemm frumenti et qui contrafecerit in centum soldis perusinorum et qualibet vice puniatur et similem penam patiatur venditor qui vendiderit vltra vnum cotemm pro familia et potestas et capitaneus inquisitionem faciant de predictis

Quod potestas mittat pro syndicis comitatus iuxta confines de voluntate dominorum priorum — CCxlviiii

Item statuimus quod potestas mittat pro omnibus syndicis castrorum et villarum comitatus tuderti iuxta confinia existentes et ab eis recipiat cautionem videlicet a syndico castri de quinquaginta libris et a syndico ville de viginti libris et eis et cuilibet eorum precipiat ad penam predictam quod ipsi syndici et homines ipsorum castrorum et villarum non debeant nec presumant nec per alios extrahere nec extrahi facere aliquod genus bladi vel grascie de ipsorum castris vel villis et eorum tenutis et contrafacientes denuptiare et accusare et quod capiat et capere debeant omnes et singulos contrafacientes euntes seu transitum facientes cum grascia per eorum tenutas versus aliena confinia et si non obseruauerint puniatur in penis predictis dummodo contenta in ipso capitulo fiant solum si et quando procedet de voluntate dominorum priorum ipsi et non aliter.

Quod potestas proponat de grassia non extrahenda — CCL.

Item statuimus et ordinamus quod potestas teneatur ad consilium generale vel comunis ponere quotiens placuerit dominis prioribus ipsi quod placet ipsi consilio prouidere ad hoc ut grassia non extrahatur et quicquid per ipsum consilium ordinabitur teneatur potestas executioni mandare ad penam quinquaginta librarum de suo salario.

Quod liceat habentibus equos sine pena speltam — CCLi

Item statuimus et ordinamus quod illi qui tenent equos sine aliqua pena libere emere speltam pro equis eorum

Quod liceat portare iolglium intressetum et glandes. — CCLii

Item statuimus et ordinamus quod quilibet possit libere sine pena portare per ciuitatem et comitatum tuderti portare sine apodissa iolium intressetum et glandes. Quod liceat cuilibet extrahere certos fructus — CCLiii

Item statuimus et ordinamus quod quilibet possit sine pena extrahere de ciuitate et comitatu tuderti et portare vbicumque voluerit oleum ficus amandolas

nuces pira mala alea et huiusmodi talia solutis pedagium illi cui solui debet
pro com. tudi deputato et intelligat de illis qui solvere debet pedagium
et soluto pedagio potas teneat eius cardi de huiusmodi talibus apodissam

De custodibus ad voluntatem dominorum por. eligendis · CCliiii ·

Item statuimus et ordinamus quod predictos pors ppli quando eis videbitur con
venire eligant quinquaginta custodes cum salario proprio consilio dominorum
por. ordinando. Qui custodes debeant custodire civitatem et comitatum tudi
ad hoc ut grassciam non extrahatur contra formam dictorum ordinamentorum et quam grassciam
ceperint medietas comuni perse debeant et si per eos restituetur ipsa grasscia medietas
etiam habent a comuni. Non possint dicti custodes tamen nec alia aliqua
alia persona accipere nec accipi facere aliquam grasscia a duobus miliariis
prope ipsam civitatem sive a duobus miliariis infra.

Ut forenses possint venire ad macinandum. CClv.

Item statuimus et ordinamus quod cuilibet forensi liceat et licitum sit ve
nire ad macinandum ad molendina posita in fluminibus comitatus tudi
et farinam bladi quod portaverit reportare sine pena dummodo semper quando talis
forensis venerit ad macinandum accipiat et accipere debeat signum sa
pidis a syndico vel potestate loci castri vel ville magis propinqui ad molendi
num ad quod venerit ad macinandum semper portando dictum signum factum
et quod ipsum signum alium non prosit nisi semel et una vice tantum

De assignatione familie et rei dominorum por. ppli facienda - CClvi.

Item statuimus et ordinamus quod dominus potestas capitaneus et defensor comunis
tudertini qui nunc sunt et pro tempore fuerint ipsi et quilibet eorum teneatur et de
beant adsignare eorum et cuiusque eorum familia et offitiales et equos
quos habent et habere debent in eorum offitio secundum formam eorum electionis
ad minus semel in qualibet ebdomada toto tempore eorum regiminis dominis
pors ppli tudertini et toties quoties ubi et quando dictis dominis pors ppli eorum
offitiales familia et equos adsignare prefatis dominis porsibus videbitur
et placebit et preceptos requisiti fuerint ad penam viginti quinque librarum
denariorum cortonensium pro quolibet et qualibet vice quam penam syndicus comunis tuderti
eos syndicabit si contrafecerit eius et quilibet eorum contrafacienti auferre

Assignatio familie.



tenea(tur) et eos ad solvendum cogat dictam penam camerario co(mun)is tuderti p(ro)p(ter)
eo(rum) recipienti t(em)p(o)r(e) eor(um) syndicatus. Et q(uod) d(ic)ti d(omi)ni p(r)iores teneant (et) debeant
ad d(i)c(t)am pena(m) d(i)c(t)am requisitione(m) p(er) se vel alia p(er)sona ydonea facere ad minus
semel in qualibet edomada.

Quod syndici teneantur possint punire dapnu(m) dantes usq(ue) in duos soldos — CCLvij.

Item statuim(us) et ordinam(us) q(uod) syndici castror(um) et villar(um) comitatus tud(er)ti
possint punire et accipere bina(m) vice(m) de massarijs suor(um) locor(um) et
eor(um) familijs dapnu(m) danti in rebus alterius usq(ue) in quantitate duor(um)
soldor(um) et usq(ue) in ipsam bina(m) et quantitate cognoscere et emendum facere
illi cui dapnu(m) datum fuisset si recipiens dapnu(m) voluerit. De quantitate vero sup(er)
duor(um) soldor(um) remaneat in cognitione et punitione curiar(um) co(mun)is tud(er)ti
et de dictis duob(us) soldis si recipiens dapnu(m) voluerit. Et q(uod) licitum sit
cuilibet volenti de dapno sibi illato accusare no(n) obstante dicto capitulo in curijs
co(mun)is tuderti.

Quod sindici possit punire p(ro) negotijs universitatis usq(ue) in duos soldos. CCLviij.

Item statuim(us) et ordinam(us) q(uod) cuilibet syndico castror(um) et villar(um) comitatus
tuderti liceat et licitum sit imponere pena(m) massarijs ipsor(um) locor(um)
eius inobedientib(us) in factis et negotijs eius comu(n)itatis p(ro) bono tuderti usq(ue) in quan
titatem duor(um) soldor(um) et ipsam pena(m) ab eis exigere si negligentes
fuerint sine pena et q(uod) sit licitum ipsis syndicis p(ro)p(ter) ips(os) eor(um) co
munitatis s(ecundu)m licet p(ro) datijs solvendis co(mun)i tuderti et expensis suis p(ro)p(ter)eos
exigendis claudere portas ipsor(um) locor(um) et ipsas clausas p(ro)p(ter)ea
tenere liceat sine pena.

ARCHIVIO · BIBLIOTECA COMUNALE · TODI

DI. V. J. quatn[us] p. di.

De officio Iudicis extraordinarij - -j-

In nomine domini amen. Statuimus et ordinamus quod Iudex extraordinarius cognoscat de omnibus questionibus et causis extraordinarijs et alimentis et libertatibus prestandis quas libertates dictus Iudex observari faciat secundum hoc statutum Et cum ipso sint duo notarij ad scribendum acta ipsius curie. De alimentis vero intelligat Iudex die utili et feriato.

De pactis et conventionibus observandis. -ij-

Item statutum et ordinatum est quod pacta et conventiones et instrumenta hucusque facta potestas et capitaneus et qui loco eorum fuerint et Iudex extraordinarius integre faciant observari nisi eliderentur per exceptionem partis vel nisi contineret in se turpem causam. Et hoc intelligatur cum scriptura et sine scriptura. Dummodo non possint intelligere de pecunia numerata nec de aliqua alia re de qua deberet mitti salarium secundum formam statuti.

De pignoribus recolligendis et modo procedendi in causis pignorum - -iij-

Item statutum quod potestas et capitaneus et qui loco eorum fuerint et Iudex extraordinarius cogant debitores recolligere pignora de quorum obligatione constat confessione debitoris vel instrumento diebus feriatis et non feriatis infra quindecim dies. Salvis pactis factis inter creditores et debitores. Et hoc intelligatur de quolibet pignore conventionali vel dato per curiam per executionem vel alio modo nisi a sententia fuerit appellatum Et hoc intelligatur de re mobili quando possessio ipsius rei pignorate vel obligate est penes ipsum creditorem et hoc fiant sine salario. Si vero negaverit debitor obligationem pignoris creditor tunc si probare non poterit prosequatur Ius suum secundum ordinem Iuris. Et si debitor voluerit recolligere sua pignora et creditor non assentiret idem Iudex extraordinarius sine salario audiat debitorem et cogat ipsum creditorem reddere pignora soluto debito Si vero debitor pignus non recolligeret infra quindecim dies teneatur ipse Iudex ipsi creditori dare licentia vendendi pignus. Possit etiam dictus Iudex questiones et causas vertentes coram eo occasione pignorum valentium usque in quantitatem viginti solidorum decidere Iuramento alterius partium et ipsum Iur[amen]tum

desetre parti que ipsi judici videbitur convenire

Per quorum terras aque coadunatur. .iiij.

.iiij. Item statuimus et ordinamus quod potestas capitaneus et judex extraordinarius te-
neantur et debeant et quilibet ipsorum teneatur et debeat cavare omnes per quorum
terras aque cohadunantur et consuete sunt fluere antiquitus ut fluant ad
petitionem petentis et non permictat aliquem fluere ipsas aquas et forme actent
et remondentur ab illo cui sunt ita quod unde unde consuete sunt currere fluant
Et hoc potestas capitaneus sive judex extraordinarius fieri faciat et in-
telligat sine salario ad petitionem petentis. Et hoc si non fecerit potestas
capitaneus sive judex auferat ei nomine pene quadraginta solidos. Et formas
et cursus aquarum faciat reduci ad pristinum statum ita quod aque libere fluant
sine expensis et dapnum emendet patienti. Et talis inobediens ad faciendum
et implendum per potestatem capitaneum sive per judicem extraordinarium compescatur
Et si ille cui fuerit forma et locus unde fluere consueverint ipse aque
ipsum locum sive formam non cavaret vel remondaret postquam sibi precep-
tum fuerit vel denumptiatum ab aliquo qui dapnum substineret dictum
locum et formam cavare vel remondare et mictere aquas unde fluere consueverint
et novum cursum claudere et actare possint ad hoc ut aque convertantur
per cursum antiquum et consuetum. Et hoc locum habeat in preterito et
futuro in civitate et comitatu tuderti. Et laboratores terrarum cogantur
remondare ipsas formas. Et predicta etiam locum habeant in civitate
tuderti in formellis et chiocamis similiter. Et hoc etiam intelligatur
de fluminibus.

De habentibus arbores super rem alterius et via. .v.

Item si quis habet sepem arbores sive sepalem qui vel que pendant
super rem alterius teneatur potestas capitaneus sive judex extraordinarius
infra decem dies postquam preceptum fuerit a potestate sive capitaneo vel
judice predicta facere elevari et removeri. Et omnia et singula supradicta
teneantur potestas capitaneus sive judex extraordinarius facere fieri ad petitionem
petentis. Et si post preceptum sibi factum a potestate sive capitaneo

vide .j. in sequenti carta medio

vel iudice non elevaverit possit ille super cuius rem ipse arbores sepes vel
sepalem protenderet ipsas arbores vel sepalem colligere et fructus ipsarum sine
pena et banno. Et etiam si non elevaverit in termino sibi a potestate sive ca-
pitaneo vel iudice dato solvat nomine pene solidos quadraginta denariorum cortonensium. Et
hoc faciant si ramis protenderent super rem alterius et in via publica.

De rebus communibus et expensis communiter faciendis et modo denuntiandi. ·lij·

Item non obsit alicui habenti domum communem vel terram vel aliquid aliud
etiam si non possidet sicut consors sive socius. Et quicumque habet molendi-
num sive terram vel aliqua rem communem cum aliquo reo requisito bis vel ter
possit postea volens actare et laborare et dictam et laborari facere. Et
potestas faciat sibi refici expensas sicut pro parte contingeret eidem consorti sine
salario et interim possit habere et fructus percipere partis non reficientis
expensas sibi donec fuerit eidem de ipsis expensis pro parte contingentibus ipsum
consortem plenarie satisfactum. Et si aliquis de consortibus molendini
faceret aliquid opus in aliquo molendino tamquam manualis vel magister habeat
salarium sicut manualis vel magister habeat pretium tamquam magister pro diem vel
restituatur sibi pretium ad sensum duorum amicorum communium. Et si duo fuerint
molendina ad unam sepem quilibet ipsorum cuius est molendinum quorum unum
sit ab una parte et aliud sit ab alia parte teneatur usque ad medietatem sepis
[illegible] tenere ita quod nullum patiatur dampnum consors cuius est et aqua
sit mictere aquam et nullus possit appodiare vel aliquid novi facere
sepi vel molendino generaliter quod alicui nocere possit nisi concordaverint cum
domino vel consorte solvendo iustum pretium. Et si factum esset teneatur
removere infra quindecim dies. Et nullus possit in aliquo flumine e-
dificare de novo molendinum in clausuram hactenus factam reparare
alzando ipsam unde possent alia molendina ledi vel offendi set etiam
more solito possit. Et siquis capud sepis appodiaret terre alicuius
non possit ipsum habere contra voluntatem illius cuius est terra nisi iustum
pretium solvat illi cuius est terra. Et teneatur iudex ex officio [illegible]
facere elevari postquam fuerit sibi denumptiatum et si non elevaverit

[library stamp]

possit ille cui est tra elevare eam et destruere usq; ad medium fluminis
sine pena comis tiderti nisi coiter concordarent se de reddītu soluendo ¶ Et
siquis habuerit sepem appodiatam ad rem alterius et tenuerit sic appodiatam
p decem annos pacifice possit habere et tenere ipam sepem sine pena Et
hoc non habeat locum si tenuerit tpre guerre pxime elapse Et si int ipas
ptes eet discordia potas faciat eos concordare ¶ Item quilibet volens
hedificare in re coi in domo ul in muro possit facere hedificium sine contdictione
consortis sine pena capiendo totum murum et murando integralit ita q
non possit murare ptem et ptem dimictere Et si alit muraret et faceret
dcum murum debeat destrui et deguastari ad petitoem alterius consortis
quando hedificare voluerit primo facta denuptiatoe sibi Et facto hedi
ficio extimet p duos magros et reducat in publicam scpturam Et consors
non possit appodiare sive hedificare nisi reficeret expensas p medietate
Et possit primus hedificator facere fenestras dummodo non noceat illi
qui vellet hedificare postea quin possit claudere refectis expensis
p medietate Et facta extimatione muri si voluerit hedificare debeat
reficere medietatem expensaR que fieret pp pte muri qui hedificaret
p rata scilicet p illa pte de muro p qua coperit de ipo muro ¶ Et hoc
locum habeat in futuro et non extendat ad presens nec ad preterita
Et si fecerit et pmiserit reficere medietatem expensaR possit li
bere appodiare sine pena ¶ Et hec omia locum habeant in opibus
factis et faciendis Et hoc teneat potas capitaneus et judex
extraordinarius et qui loco ipoR fuerit facere observari Nisi pacta ha
bita inter consortes contradiceret in predictis ¶ Qui magri si ab
aliqua pte petitum fuerit q jurent integre cogant jurare dcum
opus legalit extimare Et possint int domos et debeant fieri
clausimina inter domos ubi non sunt expensis comunib; consortium
quoR sint ipe domus et appotece ad petitoem petentis de tabulis
et camorcanis et parietis viminaR lignorum tantum.

De molendinis et aliis rebus coibus. .vii.

Item statutum q. quicumq. consors molendinorum sepis vel Gualcherie vel altius -vij-
rei et stagni voluerit facere aliq. opus et alij consortes facere nollent
potestas capitaneus et iud. ex ordinari et quilibet ipsorum ad que recurreret
dicti consortes qui facere vellent dictum opus cogat dictos consortes omes et
quelibet eorum dictum opus secundum q. contigneret quelibet ex consortibus pro parte
qua quilibet ipsorum in dicto molendino hīt dictum opus facere. Et si dicti co
sortes facere neglesserit potestas vel capitaneus teneat ipsos precise cogere
ad predictum opus faciendum ad petitionem petentis. Et potestas sive capit
cogat omes consortes ut faciat dictum opus et ut reficere debeat omes expensas
sicut unicuiq. contigerit. Et possit libere retinere consors partem molendini
donec refecerit omes expensas computato lucrum q. habuerit interim in expensis
Et postquam rehabuerit expensis debeant reficere partem consortis ipi consorti
ad eius petitionem. Et de expensis illius qui dixerit se fecisse ad volu
tatem maioris partis stetur juramento suo usq. in viginti solidos et ab inde supra
stetur juramento maioris partis ipsorum consortum / et non possit aliqua parte
dicti hedificij uti donec dictas expensas refecerit.

De molendinis factis a duobus annis citra. -viij-

Item statutum q. si aliquod molendinum factum fuerit a duobus annis citra -viij-
in aliquo flumine non possint dicti domini molendini facere elevari in altum sepe
dicti molendini q. sepis altius molendini dampnum aliquod patiatur et sibi pre
iudicet et si contrafecerit teneatur potestas et qui loco eius fuerint facere elevari tali
modo q. molendinum q. est desuper occasione sepis non offendatur et si non elevaverit
ille cui preceptum fuerit puniat eum in centum solidos.

De consortibus volentibus murare super murum comunem. -viiij-

Item statutum et ordinatum q. quilibet possit murare super muro comuni existenti -viij-
inter aliquas domos aliquorum consortum requisitione primo facta per illum qui murare
voluerit consorti suo de volendo murare et si inter ipsas domos esset aliquis
murus comunis de mactonibus seu parimine de viminibus vel aliquod tabulitu qui
vel ad sufficientiam non esset inter ipsas domos et consortes predictos non obstantibus
hijs possit consors et liceat consorti predicto volenti murare facere murare

[library stamp]

192 v

ubi deus murus de mactonib(us) parimen et tabulitu esset aut no(n) et ipm
muru de mactonib(us) parimen seu tabulitum destruere et destrui facere
sine pena aliqua ¶ Et teneat et debeat alius consors dare et cedere
medietatem casalem ubi murus deberet hedificari p(ro) d(i)c(t)o muro hedifica(n)
do ad petitionem consortis volentis murare vel hedificare ¶ Et talis consors
non possit nec debeat ipo muro hedificato aliq(ui)d appodiare nisi primo
satisfecerit medietatem expensarum factarum in ipo muro si no(n) fecerit consorti
hedificanti ita tamen q(uod) occ(asio)ne dicti muri vel hedificij faciendi no(n) destruat(ur)
nec dapnificetur domus consortis qui vellet tunc murare quam medietat(em)
expensarum si refecerit habeat et habere debeat medietatem d(i)c(t)i muri
et in ipo muro possit murare et alia facere p(ro)ut de sua voluntate fuerit et
que ad modum suus consors et nullus ipo(rum) consortium in ipo muro ali
qua fenestra sciacqualem seu privatam vel forum facere possit ut alti
ipo(rum) noceat // ¶ Et hoc potestas et capitaneus et qui loco ipo(rum)
fuerit precise fieri facere teneat(ur) contrafacientes impediendo dictum
opus ne fieret et quotiens contrafecerint in predictis a potestate vel
capitaneo in centum sol(idis) ad petitionem petentis puniat(ur).

De no(n) appodiando ad domu(m) alterius. — X.

Item statutum q(uod) quicu(m)q(ue) habeat domu(m) iuxta domu(m) alterius et murus
ipius esset p(ro)p(r)ius commun(is) no(n) possit appodiare nec trabe(m) vel aliq(ui)d aliud
immictere nec cavare ipsum muru(m) nec in ipo fenestra(m) aliqua(m) facere et si
immisit vel immissum tenuerit vel aliq(ui)d appodiaverit vel fenestram fecerit
sine voluntate d(omi)ni domus dicta appodiatio et immissio debeat elevari sive
una vel plures fuerit et removeri et fenestram et fenestras claudere
ad petitionem d(omi)ni domus nisi talis appodiator seu immissor vel qui fene
stram fecerit legitimum p(ro)baverit se ius habere p(er) testes i(d) est instra(men)ta appo
diandi vel immictendi predicta vel habuisset vel tenuisset p(er) tempus
triginta annorum.

De mactonib(us) existentib(us) i(n)ter casas. — XI.

Item statutum q(uod) o(mn)es mattones existentes in muro int(er) casas q(uod) in muro

habeant et siquid fuerit super apprehensum inter ipsos mactones in statum
pristinum reducat et ipsi intercasa remondent non obstante si aliqua intercasa
fuerit aliquo tempore occupata. ¶ Et quod nulla persona possit habere nec facere
aliquam privatam et Sciacquaiale in aliquo formello ubi mactonus infixus
est in muro alicuius sive aliquis murus protenderet usque ad murum alterius
vicini et si fecit et habet quod removeat ad petitionem petentis et si aliqua
persona ceperit vel ingoboraverit vel hedificaverit vel occupaverit ultra
mactone quod teneatur removere ad petitionem petentis sub pena decem
librarum non obstante prescriptione temporis nisi ex pacto habuerit Jus et hoc
locum habeat inter muros et mactonibus stantibus inter formellos et vicinos
sive quocumque modo.

De modo conservandi fideiussores indempnes. .xij.

Item quod Judex extraordinarius teneatur et debeat omnes et singulos fideiussores
constitutores et pro aliis promissores cogi facere et dare et solvi id quod promisit xv
non obstante quod debitor non fuerit conventus. Nisi contineret in se turpem causam
et semper petitio cum fideiussoribus exprimere teneatur. ¶ Et potestas et qui loco
eius fuerit et Judex extraordinarius teneatur et debeat modis omnibus quibus
possunt extrahi facere sine salario omnes et singulos fideiussores constitu-
tores et pro aliis promissores ab omnibus et singulis fideiussionibus et obligationibus
et principalitatibus quas pro aliis fecerunt vel facerent quando fideiussores
et constitutores seu pro aliis promissores peterent se extrahi a principalita-
tibus fideiussionibus et promissionibus. ¶ Et hoc locum habeat inter cives
et comitatenses tudertinos tantum forensibus fiat secundum Jus. ¶ Item potestas
et Judex extraordinarius et qui fuerit loco eius teneatur ad petitionem fide-
iussoris et pro aliis promissoris ab ipso principali vel ab alio qui pro se obliga-
verit in aliquo adiecta fideiussione obligatione vel constitutione et promissione
ut extrahat sine dampno. ¶ Et si ipsi fideiussores constitutores et pro
aliis promissores dixerint se aliquam quantitatem pecunie mutuo recepisse
ratione vel occasione debiti solvendi vel solvisse ipsi principali et eorum heredes
et bonorum possessores teneantur et cogantur ipsum debitum et dampnum inter ce-

et expensas solvere ad petitoem ipor obligator vel eor heredum ¶ Et tam
de debito q̄ de usuris dapnis et interee et expensis contractis et factis
p ipos obligatos stet et credat iuramto ipor sine pbatoe computando
ad quatuor den p qualibet libra p quolibet mse a die solutionis facte vel
rogit cancellation ita tamen q ipum iuramtum non excedat vel excede
possit quatitatem dupli illius quantitatis pecunie seu debiti in qua ipi
pncipales fideiussores constitutores et p aliis pmissores extiterit obligati
dummodo ipm duplum peti non possit nisi elapso tmino in quo ipa quatitas
in qua extiterit obligati ad dcam ratoem quatuor den p libram potuerit
duplicari ¶ Possit tamen infra ipum tminu peti ultra quatitate soluta
pdapnis et inte e et usuris petis illa quatitas pecunie q p sacramentu
affirmit se solvisse ut contigeret prata tpris a die solutionis ad dcam ratoe
quatuor den p libra Et dummodo dicte expense et salariu no excedat
nec excedere possint quantitate duor sold p qualibet libra illius debiti
in quo erant obligati ipi principales constitutores et p aliis pmissores et
restituto ipar expensar et salar non debeat computari in dca quatitate
dupli pecun in qua erant obligati seu fuissent Et hoc locum habeat int
principales debitores et heredes eor et possess ipor bonor ¶ Et si
nos se dapnificatos ee dixerit ultra quatitate dupli et duor sold pro
qualibet libra q no stet vel credat iuramto ipor nisi legitime pbave
rit ipam dapnificationem ultra quatitatem dupli et duor sold p qualibet
libra plus ¶ Et q possint et debeant conservari indepnes si aliqui
fideiusserint vel pmiserint p aliquo licet non habeat pmissione q cons
vent indepnes ac si appareret p publicu instm de pmissione eo ipo
q appareret se fideiusse vel pmisisse vel p aliquo pricipalitate fecisse
Et intelligat pmissio fca de conservatone indepnitatis et bona ipius
sint obligat ac si spetialit p debitorem fuerit obligat ¶ Et si
aliquis obligaverit se p aliqua universitate alicui castri vel ville vel
sindicario noie universitat vel fideiussorio noie vel aliqua quacumq
de causa hoies et psone talis universitatis et quilibet insolid talem

obligatum teneat extrahere et conservare sine dapno ab ipsa obligatione ¶ Et q bona oia ipius principalis sint et ee intelligant obligata et ypotechata expresse fideiussorib constitutorib et p aliis pmissorib ac si ipse principalis in instro spetialit obligasset ¶ Et hoc locum habeat in pteritis psentib et futuris contractib aliquo iure civili canonico vl alio banimto non obstant et ob sunet hoc ac si eet Guar ¶ Et q potas teneat et debeat ad petitionem fideiussoris vl illius qui principalit se obligavit in aliquo pcedere contra bona et psonas illor p quib facta eet ipsa fideiussio et principalitas ad destructoem bonor ipius put sibi placuerit usq q ipm extraxerit et liberavit sine dapno a fideiussione et principalitate qua p eos costabat fecisse ¶ Ite q contra aliquem qui fid p aliquo de re inmobili vl pace firmata non possit pcedi p eum qui fideiussit contra eum p quo fid nisi contra eunde fideiuss eet mota questio vl moveret de fideiussione prestita.

De arbitris et arbitratorib et forma appellandi a laudo et modo citandi. xiij.

Item statuimus et ordinamus q si questio lix et discordia aliqua in duob arbitris et arbitratorib comissa fuerit vl conmictaret et illi duo arbitri seu arbitratores se non concordaverit de ipsa questione seu lite vl discordia potas et iudex extraordinarius vl alt ipor teneatur ipos arbitros et arbitratores cogere ut eligat tertium et si non concordaverint de tertio potas et iudex exordinari eligat et eligere teneatur tertium ¶ Qui tres ipam questionem diffiniat et diffinire et terminare cogant scdm tenorem compromissi dumodo ipi tres vl duo ferant ipm laudum seu arbitrium et illud valeat et teneat ¶ Et si unus ex arbitris moriret q in locu mortui eligat alius et no finiat compromissum Et ille qui eligeret eligat coiter p ambas ptes ¶ Si vero quelibet pars eligeret suum arbitrum et unus ex arbitris mortuus eet tuc illa pars que talem arbitrum elegit eligat alium in locu ipius mortui Qui tres arbitri seu arbitratores cogant ad laudum ferendum etia si non appareret scriptura et arbitri seu arbitratores cogant p potatem capitaneu vl iudicem exordinar questionem discordiam seu litem

int eos compromissam diffinire et terminare nisi iuraret ipam questione
nescire tunc non cogant. ¶ Cum vero aliquis dicit arbitrium arbitratoris
vel laudum arbitri nullum vel iniquum possit infra decem dies a die
scientie nuntiandos petitionem suam de nullitate et iniquitate vel altero
eorundem coram iudice exordium comunis tuderti porrigere. Et super ea pre
fatus iudex procedere teneatur et ipam causam terminare prout de iure
debebit secundum acticata coram ipo arbitro seu arbitratore. Et secundum acticanda
coram iudice supradicto ¶ hoc addito quod citatio super executione laudorum et
finarum fiat et fieri debeat inscriptis per cedulam et si aliter fieret non va
leat nec teneat.

De fossis fracte incangate.

xiiij.

Item statuimus quod forma seu fossatum fracte incangate qui tendit sive
vadit versus tiberim incontinenter et salutate teneatur per homines castri vel
ville fracte incangate. Et quod potestas et capitaneus et quilibet eorum
teneantur fieri facere dictum concimen ad petitionem cuiuslibet petentis sub
pena quinquaginta librarum denariorum cortonensium comuni tuderti solvendo.

De hiis qui habet plures vias per rem suam.

xv.

Item statuimus quod si aliquis est qui habeat plures vias per rem suam
sive fundum possit unam illarum quam voluerit actare et cavare ita
quod homines possint ire et reddire comode per eam et reducatur ad unam
de ipsis viis et hoc faciat cum voluntate vicinorum vel maioris partis ipsorum
et cavare et mutare possit illam viam quam maior pars vicinorum
voluerit.

Ut scripturis factis de viis fides habeatur.

xvj.

Item statuimus quod si aliqua via vicinalis extiterit inter aliquos de qua via
erat vel appareret scriptura de ipa via non ingroborando in alto neque in ipa via
unde lix fuit mota olim inter aliquos convicinos et probatum fuerit
quod ipa via esse debeat sine ingroborantio quod illi scripture stetur aliquo capitulo
super vel infrascripto non obstante. (Et intelligatur tam de scripturis in iudicio
factis quam extra iudicium. Et hoc capitulum sit precisum et habeat.

locum in preterito et futuro.

De non habentibus via per qua vadat ad rem sua. .xlvii.

Item statuimus et ordinamus quod quicumque non habet viam per quam vadat ad terram suam et comode possit ire et redire ad terram suam, potestas et capitaneus et quilibet eorum teneantur facere vendi a convicino suo terrenum sine malitia pro iusto et convenienti pretio per extimatores ipsius terre recte facta extimatione per unum vel duos amicos communiter eligendos scilicet per quamlibet partem unum, vel esset tantum de terra sua scilicet illius qui ipsam voluerit quantum esset terrenum quod dat vel petit pro via. Et ille qui peteret habet terram iuxta terram illius a quo peteret ipsam viam aliquam recipiat iustum pretium, salvo quod si maliciose esset petitum quod habeat aliam viam vel si habuisset viam et alteri vendidisset seu venderet non audiatur, et ambe partes reducantur ad pristinum statum. Et si alicui vel aliquibus fuerit olim concessa via vel data per curiam et solverit iustum pretium vel daret cambium pro via porrecta, vadat et veniat per ipsam et ipsam habeat teneat et possideat sine pena. Et si venerit contra voluntatem illius cuius esset puniatur sicut puniretur ille qui intraret terram alterius.

De via mutanda. .xlviii.

Item si questio esset de via aliqua mutanda inter aliquos vel oriretur per terram alterius que incomodum faceret convicino suo questio ipsa cognoscat per iudicem extraordinarium communis Tuderti et quod per ipsum iudicem iudicatum fuerit firmiter observetur. Et iudex extraordinarius faciat vias in circuitu terre. Et de modo eligendi suprastantes ad predicta. .xlviiii.

Item teneantur potestas et capitaneus facere mactonari viam porte Marty usque ad alium mactonatum et teneantur predicti potestas et capitaneus et debeant facere mactonari omnes vias publicas civitatis Tuderti expensis adiacentium habendo mattones a communi Tuderti et ipsas vias facere chiaccinari et chiaccinam necessariam in eis facere fieri et cum commune Tuderti ipsos mattones dare et tradere teneatur

de den(ariis) et avere comunis sine aliqua acceptatione, et hoc fiat et observetur de
viis publicis quam vicinalibus civitatis Tuderti. Et hec omnia et singula
supradicta et infrascripta. ¶ Supradicti potestas et capitaneus fieri faciant ad peti
tionem cuiuslibet petentis. Et si predicti potestas vel capitaneus vel aliquis ipsorum
fuerit negligens perdant de salario ipsorum quilibet eorum libras quinquaginta denariorum.

(margin: primo mense sui regiminis) ¶ Item teneantur predicti potestas et capitaneus primo mense eorum regiminis facere
exgomborari expensis comunis Tuderti viam que est ante domum filiorum San
brini et tam ecclesie sancti Johannis. Et quod via que vadit per casalena et exit
ad scalellas usque ad fabricas. Et alia via que vadit ad domum ecclesie sancti
Ylarii et ad fontem Scannabicchi actentur et dirigantur et amplientur sicut
necesse fuerit arbitrio duorum bonorum virorum per consilium eligendorum expensis
adiacentium. Et mactonentur ipse vie expensis comunis Tuderti prout alie
vie de civitate ita quod ipsa via mactonata de aliis mactonatis si ipsis
adiacentibus facere placuerit. ¶ Et potestas et qui loco eius fuerit te

(margin: primo mense) neatur primo mense sui regiminis facere eligi in consilio generali comunis Tuderti
unum suprastantem cum salario per consilium ordinando qui teneat in
acumine omnes vias mactonatas et mactonandas civitatis Tuderti
et fontes civitatis scilicet Scannabicchi, fontem Temoli et fontem sancti
Stefani expensis comunis Tuderti vel quod conamen ipsarum viarum et fontium
detur ad coptimum si consilio comunis Tuderti placuerit.

Quod iudex extraordinarius faciat micti sub terram formellos. ·XXI·

(margin: ·XXI·) Item statuimus quod iudex extraordinariorum teneatur facere teneri in acumine
omnes et singulas vias tam mactonatas quam non mactonatas civita
tis Tuderti et facere murari omnes et singulos formellos et claudi
tam amplos quam strictos inter quascumque personas in altum usque ad
formam chiocanarum et sciacquaialium ita quod dicte chiocane et
sciacquaialia nullo modo possit offendere nec deturpare transitum
per viam positam ita quod ipsum formellum claudatur et faciat et

(margin: j mense) facere teneatur precise infra mensem post introitum sui regiminis
et facere fieri chiocanam pro utilitate et meliorantia [?] dicti operis.

p illa loca que magis videbit expedire. || Et predca faciat idem Judex et
de expensis solvendis p dicto opere cogant^r omes adiacentes, et qui ipa via
sepe utunt^r, et maxime de quor domibus exit ipa putredo, et qui h̄nt
ipas chiocanas in ipo fornello sive loco, et hoc teneat^r facere dictus Jud
ad petitionem petentis sine datione salarij et libelli oblatione, die utili et
feriato sine strepitu Judicij sumarie congnoscendo. Et si facere neglexe-
penale rit p̄dat de suo salario lb̄z decem. Et nichilomin predicta facere te-
neatur. || Et q dicte chiocane et schiacqualalia non possint ledere
aliquem puteum et si offenderint vel offenderit non fiant ibi predca
Item q eligant^r duo hoīes qui cotinue Jntendat actiminib viar et
rupturis chiocanar et faciant ipas actari expensis cōmis tud̄ti.

De Complemeto viar novar. -XXI-

Item statuim et ordinamus q potas et qui loco eius fuerit teneat^r pone-
re in consilio gnali cōmis tud̄rti de actatione et complemto viar novar p̄-
hacten inceptar usq ad loca condecentia. Et si aliquis debet habere
aliquid p̄ t̄ra quam dedit pro dicta via de aure cōmis tud̄rti ei integre
solvat^r et q p consilium ordinabit^r p potatem executioni mandet^r. || Jte
po[tes]tas miss[us] q potas primo mse sui regiminis precise sub pena quinquagita lb̄z
penale de suo salario teneat^r et debeat facere eligi in cosilio gnali cōmis tud̄
p qualibet dcar viar unum bonum et sufficientem virum suprastantem
cum salario qd placuerit consilio. || Qui suprastes intendat et intendere
debeat actationi et actimini ipius vie sup qua electus fuerit suprastes
et quandocumq ipa via indigeret aliqua refectione seu actimine qd
fieri faciat infra mensem et cuius expensis fieri debeat ipa actatio remā-
neat in provisione consilij. || Et hoc deliberari debeat tpre electois
dicti suprastantis. Et potas vel alius de sua familia teneat^r et debeat
de miss. cum sex bonis homib eligendis p consilium gnale cōmis tud̄rti primo
mēs sui regiminis ire ad videndum ipas vias. s. viam novam p quam itur
ad pontem Cutis, viam novam iuxta scum Augustinum, viam novam p qua
itur ad pontem nagie, viam novam p quam itur ad ponte matinu, viam

QUIRINALE

novam p quam itur usq rigum si ipe vie sit bene ample sicut ordina te fuerit. Et indigeret aliqua actation, et si invenerit ipas in aliqua pte supapprehensas faciat potas reduci ad pristinum statum et actation qua indigeret ipe vie faciat fieri in ipis de mensib septebris et octubr sub pena centum lb. Et non possit tolli nec suspendi q differat de bno insi malio.

De via que vadit ad Campu aquile. ·xxii·

Item statut e q via que vadit iusus tiberim et ripam molendini que fuit in molendino plani portus usq ad rigum bagnum. Et a molendi no de campo aquile Moncelli petri et sotior usq ad molendinum filior drogi ampliet p unam ptichami a ripa tiberis ad vineas iuxta dictam viam existent. Actet ipa via p hoies et massarios Montiscastelli et fracte epi. Et q ampliatio et actatio dicte vie fiat expensis adiacentium. Et pons rigibagni actet p massa rios supdctos et alios adiacentes ipi ponti

De actatone vie pontisculis. ·xxiii·

Item stat est q potestas et qui loco eius fuerit teneat pponere in consilio gnali de actatone vie pontis cutis quo et qualit fiat et quicqd consilio placuit teneat executioni mandare.

De actatione vie que vadit ad som stefanu. ·xxiiii·

Item statut est q potestas teneat ppone ad consilium ad consiliu gnale de actatone vie qua itur ad scim stefanum ad portam vie plane et quicqd deliberabit illud p potatem executioni mandetur Et q dicta via fiat p coe tudti expensis comis.

De actatone vie et forme plani portus. ·xxv·

Item stat est q potas et qui loco eius fuerit teneat ponere ad consilium gnale quomodo et qualit vie et forme nove de plano portus incolumie p hoies adiacentes. Et q fiat in ter ram Massoli Iovenalis et terram Mateoli andree q dicit ponticellus in dca via iuxta res canonice Epatus ubi consuevit ee antiquit

Et quod nullus ponticellus dicte vie deguastetur sed incontinenter teneatur dicta via et forme ut dictum est quod de aqua currenti sub ipsis ponticellis procuretur taliter per adiacentes quod ipsa aqua vadat in tiberim quod dicti ponticelli fiant de lapidibus et quicquid erit necesse ipsis fiat expensis adiacentium. Et quicquid placuerit consilio potestas teneat executioni mandare.

De hiis qui habent domum iuxta via et modo hedificandi iuxta via. ·xxvj·

Item statutum est quod nullus possit fundare iuxta viam publicam vel vicinale domum nec aliquid novum facere nisi primo notificaverit potestati dicendo se fundare velle murum iuxta ipsam viam. xlvj Et postquam denuptiaverit potestati dictus potestas teneatur et debeat mictere ad dictum locum unum de Judicibus vel notarijs suis. Et ille qui missus fuerit a dicto potestate teneatur et debeat quatuor de proximioribus convicinis ipsi loco habere. Et cum ipsis vicinis incontinenti postquam sibi denuptiatum fuerit studeat quod ius comunis non pereat vel admictatur et via non destruatur nec deguastetur. Et quod expte dicti potestatis qualibet die sabbati in foro bannatur quod qui dic pabari nullus contra predicta faciat pena solidorum centum et siquis contrafecerit puniatur in centum solidos et in destructione operis. Et quilibet volens fundare domum ante quam cavet fundamentum iuxta predictas vias notificare debeat potestati sub pena predicta.

De actatione vie subtus porta vallis et fontis pantani. ·xxvij·

Item teneatur potestas ponere ad consilium generale quod via nova que est subtus portam vallis qua itur ad tiberim et ad domum domini Martini Salamonis facta a dicto domino potestate actetur. Cum per capud sive principium ipsius vie cum bestijs et sine bestijs iri et reddiri non possit comode et accessus et discessus ipsius sit valde orribilis. Et quod aqua fontis pantani et alie aque que duci possunt fiat conductus aquis unus fontis iuxta via. Et predicta videantur per Judicem potestatis semper salua deliberatione consilij generalis comunis tuderti. Et predicta fiant ad voluntatem adiacentium expensis ipsorum. Et quod via que est iuxta fontem pantani incipiatur iuxta ipsum fontem et actetur et vadat recte usque ad planellum. Et si alicui persone accipiet

BIBLIOTECA COMUNALE

pro dictatione ipsius vie de terra ipsius quod reddat sibi incambium de via veteri tantum quantum acciperet de dicta via.

De viis actandis. -xxvij-

xxvij Item statuimus quod potestas sive judex extraordinarius teneat et debeat ad petitionem cuiuslibet petentis actari disgombrari ampliari et siliciari facere omnes vias comitatus tudertini per adiacentes cuilibet vie et adiacentes intelligantur omnes illi qui utuntur ipsa via et qui habent possessiones ex utraque parte vie. Et hoc fiat expensis ipsorum adiacentium. Et eligantur per adiacentes vie que peteretur actari vel per maiorem partem ipsorum duo superstantes ad ipsam viam actandam ad salarium ordinandum et solvendum dictis superstantibus per adiacentes predictos. Et si aliquid acciperetur de terra alicuius ipsa occasione solvatur et satisfiat per ipsos adiacentes. Et hoc teneatur dictus judex executioni mandare ad petitionem cuiuslibet petentis pena decem librarum.

De terminatoribus faciendis. -xxviiij-

xxviiij Item teneatur potestas et judex extraordinarius ad petitionem petentis facere terminari et eligi terminatores ad terminandum et ad statum pristinum reducendum omnem viam publicam et vicinalem que indigeret aliqua terminatione que esset superapprehensa ab aliquo. Et ipsam terminationem potestas vel judex extraordinarius teneatur facere reduci ad pristinum statum ad penam decem librarum cortonensium.

De purgatione viarum. -xxx-

xxx oi die dominico Item statuimus quod quilibet habens domum iuxta viam civitatis tuderti et habitantes iuxta ipsam viam teneatur habere tragolum et cum ipso purgare ipsam viam et contrafaciens in quinque solidis puniatur. Et potestas et qui loco eius fuerit teneatur omni die dominico mictere aliquem de sua familia ad ipsas vias mattonatas videndum qui teneatur et debeat denumptiare et actare omnes illos qui haberent et tenerent aliquam cucuruzzam ante domum ipsorum vel aliquid aliud turpe sive inngombramentum in viis predictis. Et denumptiatos per dictam familiam teneatur potestas condempnare quemlibet denumptiatum in solidis quinque denariorum pro qualibet vice. Item nullus ludat ad

quintanas

· y · d · b · d ·

DI V

gutanas uel merellas seu proiciat lapides ad uoltaz seu spitaz i tas uis i mattonatis sub pena decem sold quos banim potas ul q loco ei dneit aufere teneatur deliquenti Et potas pdca teneat facere banim quolibz mse sui regi minis saluo q qlibz uoles murare ul aliquod aliud hedificiu facere possit hre & tenere in tas uis ante domuz suaz lapides calcez & renaz & ligna dn hedificat

Item q oms psonaz ahntm dom ul apotechas site iux uias pdcas te neatur pugare tas uias existet ante tas domos ul apotechas & tunc du ipas domos ul apotechaz sub dca pena Et pdca lex habeat in uis mattonatis & no deguastatis ighi mattones no sut destructi —

De disgomboratione viaz. — xxxj —

Item statuim q ab angulo dom hedum leonardi dne candide & ab angu lo dom hedum thomassini usq ad ecclam sci fortunati nullus poss nec debeat hre disctum ita q uiaz igoboret Et q nulla psona audeat ponere disctum nec ingobrare uias & plateas cois nec hre sup ipis uis camo canas ita q pstet ipedimtum euntibus eques ul pedes et qui otrafe cit i aliquo soluat noie pene decem sold & qlibz possit ipm otrafacietez accusare & habeat medietatez bani saluo caplo piziaiolor Et nullus possit inficere i dca uia aliquod mal nec aliquaz turpitudine et qui otrafecerit i quadraginta sold puniat Et potas teneatur de pdcas facere Inqsitioez et mictere qualibz edomoda de sua familia ad Ingrendum ad deliquentes i pdcis Et nulla psona i dca uia a dcis anconis intus ponat aliqd disctum ultra gradum muri dom et qui otrafecerit in uiginti sold puniatur Item q nulla psona pficiat ul pitra faciat in uia ghesarby sci filini & communicate aliqua turpi tudinez ul letamiz aliquid bestie sub pena uiginti soldor p qualibz uice Et qlibz possit pdcos otrafacietes denuptiare & habeat medie tatez bani Et q a cantone platee usq ad angulum dom hedum leonardi dne candide quilibet possit hre disctum firmum ad medi um pedez cois uiam & ad unu pedez pendetez ad pedez cois q disctus q debz pedere pedeat singlis diebz festiuis & aliis stet sic placuerit illi cui erit disctus saluo iur gabelle qui fieret Et a porta cangi usq

xxx

qlibz edomada mictat uny ad uidendu

BIBLIOTECA COMUNALE · FORLÌ ·

ad portam martij et a tribio dicti filii usque ad portam camuctie sub dicta pena
et in dictis locis non possit propterea schiamatari —

De pena decoriantis animal brutum contra infrascripta forma. xxxvj.

Item statuimus quod nullus alicuius bruti animalis cadaver decoriet in Civitate
xxxv vel burgis tuderti vel prope per medium miliare ad penam decem solidorum pro
qualibet vice auferendam a contrafaciente. Nullus etiam aliquod brutum animal
in viis publicis seu vicinalibus infra Civitatis vel burgorum menia mi
nuere sanguinem audeat flobottomare seu etiam sanguinare ad penam
predictam. Et quilibet contrafacientem in predictis accusare et denumptiare possit et teneatur
et nomen in credentia et habeat medietatem banni

De aptatione vie qua itur ad fontem termolj et ipsius fontis. xxxvij.

Item statuimus et ordinamus quod via qua itur ad fontem termolj aptetur
xxxvi ita quod quilibet eques et pedes possit ire per eam. Et spotelli potestate debeat
aptari ita quod quilibet possit ire et redire per eam ita quod dictus fons debeat
aptari et guaççatorium ubi fieri et incontinenti teneri et murari.
Et quod nulla turpitudo a domo filiorum Jacobi domini Raynerij usque ad domum
Blaxij camagioli sub muro proiecta debeat. Qui contrafecerit et quotiens
in decem solidis puniatur de quibus medietatem habeat accusator.
Et pro custodia dicti fontis ponantur per comune duo homines de proximioribus
dicto fonti. Item potestas teneatur facere murari super murum dicti fon
tis de muro calce et rena et dictus murus sit altus tribus pedibus ad
pedem communis tuderti. Et teneatur potestas facere quendam murum cum
calce et rena qui est inceptus prope ipsum fontem versus domos Johannis
hugolinj et ad domum spotellum et facere examplari terram a muro
Civitatis usque ad murum novum qui fiet et silicari debeat cum
lapidibus et facere ante dictum fontem quoddam bonum guaççatorium ita quod
bene et comode possit lavare equos et bestias et guaççari. Et supra
dictum fontem facere quamdam voltam sicut est supra fontem scarnabecchi.
Et hoc capitulum sit precisum et omnia et singula in dicto Capitulo contenta
teneatur potestas facere fieri infra quatuor menses sui Regiminis
ad penam quinquaginta librarum. Item quod in fonte predicto mictantur

omnes aque puteorum et fontium stantium in tornibus super ipsum fontem et quicumque lavaverit pannos pelles vel aliquam sozuram fecerit in ipso fonte et iuxta ipsum fontem puniatur in quadraginta soldis

De via super apprehensa.

Item statuimus quod quicumque super apprehenderit seu super apprehensam teneret aliquam viam publicam vel vicinalem teneatur eam reducere ad pristinum statum nisi dederit et dare voluerit condecens cambium unde possit iri et rediri sine incommodo viantium et si hoc facere neglexerit vel contrafecerit in libris tribus puniatur et viam emendam possit facere infra decem dies postquam sibi fuerit per iudicem mandatum. xxxiiii.

De modo tenendi in culmine via super hospitale Caritatis.

Item statuimus quod via per quam consuevit ire aqua per letamine super hospitale karitatis inferius versus rigum usque ad pedem sinas teneantur homines habentes possessiones iuxta ipsam viam colligere pluvias aquas que caderent et fluerent per ipsam viam seu per ipsam stratam sicut hactenus consuetum est et mittere quilibet partem suam ne per stratam nec per viam nec per silicem fluat aqua et qui contrafecerit in viginti soldis puniatur de quibus medietas sit accusatoris. xxxv.

De pena facientis foveam, vel proiectis turpitudine in viis.

Item statutum est quod nulla persona possit nec debeat in viis stantibus iuxta muros Civitatis intus aliquam foveam facere nec prohicere in ipsis viis terram sub pena quadraginta soldorum pro qualibet et qualibet vice. xxxvi.

De pena apprehendentis vel alia re communis.

Item statuimus quod siquis apprehenderit vel apprehensam tenet aliquam viam publicam vel vicinalem terram vineam casalenum seu aliam rem stabilem communis tudertini quod talis qui apprehendit seu apprehenderet vel occupaverit et occupatam teneret teneatur infra octo dies a die banditura quod inde fieret disgomborare et exoccupare ipsam et vel ipsas restituere et reassignare communi et homini dicto communi tudertini ad penam dupli extimationis rei super apprehense extimande per homines eligendos per priores populi qui per tempore fuerint. Et teneatur xxxvii.

de hijs que i p̄senti capitulo ɔtinentur facere fieri bandimentum ꝯ g̃nalem
Inqsitionem publice uel occulte ɔtra retinentes ꝯ facientes ɔt̃ p̄dicta ɔre-
tinentes rem dicti cōis ¶ Et hoc locum habeat ī reb; sup̄ apprehensis
occupatis et ingoborratis ꝯ que ī posterum occuparent ingoborrarentur
et sup̄ apprehenderentur nō obstante p̄scriptione alicuius t̄p̄is a iure īducta
p̄m q; bandimentum dictus Potestas teneatur facere fieri ad duas tubas per
Ciuitatem tudertinam in locis ɔsuetis et si fuerit negligens ad p̄dicta p̄dat de
suo salario ducentas libr. cort. ¶ Et potestas ꝯ officiales dicti Cōis te-
neantur ad dictam penam facere g̃nalem Inqsitionem p̄ Ciuitatem ꝯ Comitatum
tudertinum de dictis sup̄ apprehendentib; et inuentos culpabiles ɔdempnare s̄m formam
statuti p̄dicti

De pena laboratorum formas nō cauantium iux̄ uias. ·xxxviij·

xxxviij Item statuim q; omnes laboratores t̄rarum dicti p̄uram q̄ ɔtiguarum
existentium iux̄ uias publicas teneantur ꝯ debeant mittere fodere
mitti seu fodi facere formas sufficientes iux̄ ipsas uias quatenus ptenderent
res ꝯ possessio quam coleret Et ipsas formas ī cultu ꝯ ɔtinue tenere
ad penam uiginti soldorum p̄ qualib; uice qua ɔtrafecerint que pena de facto
debeat auferri

De pena uendentium lapides cōtra ɔscripta forma. ·xxxviiij·

xxxviiij Item statuim q; lapides de filo uendantur ad pedem cōis tudertini
sic olim ɔsueti sunt ꝯ nō aliter ¶ Et mensura cum qua mensurantur
ipsi lapides sint sigillata sigillo cōis tudertini ad penam quadraginta sold.

De t̄minatoribus faciendis. ·xl·

xl Item statuim q; si t̄ra uinea uel ortum int̄ aliquos t̄minata nō
fuerit Potestas uel Capitaneus siue Judex exordinarius qui de hijs
t̄minatis querimoniam receperit teneatur facere t̄minari nō obstante
q; stet ibi tres t̄mini uel quatuor aut plures ad uoluptatem petentis
mensura mensurata p̄ duos homines scientes ide melius ueritatem nisi partes int̄
se ɔcordauerint et hoc fiat ꝯ fieri debeat sine salario Et intelligatur
q̄ petens possederit ¶ Et si aliqua t̄ra uinea uia casalenum uel sal-
cetum fuit actenus t̄minata ꝯ t̄mini inde ceciderint uel fuerint malignati

ul mutata ¶ Potestas Capitaneus uel Iudex extraordinarius faciat terminare et
pristinum statum reduci ad petitionem petentis per illos qui melius sciverint veritatem
¶ Et qui positi fuerint ad terminandum iuret ipsam terminationem facere bona fide
sine fraude si ab aliqua parte petitum fuerit ¶ Et teneatur etiam Potestas
Capitaneus uel Iudex extraordinarius facere terminari omnes vias publicas ad
petitionem petentis Et superapprehensam facere restitui et in pristinum statum reduci
non obstante prescriptione temporis de viis ¶ Et hoc fieri debeat per homines habentes
possessiones iuxta ipsas vias publicas expensis qui superapprehenderit de ipsa via quo
cumque modo superapprehensa uel occupata fuerit de ipsa via uel circa terra de
currissa et superapprehensa ¶ Et hoc intelligatur de viis publicis Et etiam
de vicinalibus qui iuret dictam terminationem facere bona fide sine fraude
et quicquid superapprehensum est in commune reducere teneatur ¶ Et de
beat cogere Potestas Capitaneus uel Iudex extraordinarius omnes illos iuxta quorum
terras ipsa terminatio fieri debet ad dandum eorum expensis mattones sive termi
nos sive opesatice (?) vindandum ipsorum quantum protendit iuxta ipsam viam et ipsos
terminatores Potestas Capitaneus uel Iudex extraordinarius cogat modis omni
bus quibus potest ut ipsam terminationem faciat ad terminum que eis duxerit in
iungendum ¶ Et hoc locum habeat in viis publicis et vicinalibus Civi
tatis et comitatus Tuderti et si aliquid a Tiberi fuerit redditum debeat termi
nari quod in directum usque Tiberim per homines scientes melius veritatem ¶
Et quod omnes vie tam publice quam vicinales existentes in Civitate et comitatu
Tuderti si ab aliquo fuerint occupate superapprehense seu ingomborate ad
pristinum statum reduci debeant Et intelligatur de viis publicis et vici
nalibus que vadunt ad aliquem fontem seu fossatum seu flumen quod libere ire
valeant homines habentes ius in dicta via Et si fuerint in aliquo ingomborate
occupate uel superapprehense per adiacentes reduci debeant et actari ad pristi
num statum eorum expensis sicut hactenus consueverint et sic fiat de viis vici
nalibus ab aliquibus occupatis ¶ Et Potestas et Capitaneus et quilibet eorum fuerit
teneantur mittere unum ex notariis ipsorum ad faciendum ipsas vias actari et disgo
borari et ad pristinum statum reduci ad petitionem cuiuslibet petentis ¶ Et quod dicitur in
ipso capitulo superius redditum est a Tiberi locum habeat in arnata (?) nagia (?) et fagena.

Archivio Biblioteca Comunale Todi

faciendo se ab antiquo ad t(er)minatu(m) ita q(uod) no(n) p(re)iudicet alicui forme
molendini. ¶ Et etiam locum habeat in t(er)minationib(us) faciendis de q(ui)b(us)
cu(m)q(ue) fossatis siue fossatellis fluentib(us) et currentibus co(n)tinue uel p(er) aliquam p(ar)te(m) an(n)i
int(er) res aliquar(um) spetialium p(er)sonar(um) siue iux(ta) viam publicam uel vicinalem
hoc modo v(idelicet) q(uod) q(ui)l(i)b(et) Rector Ciuitatis tud(er)ti et Judex exordin(ar)ii et eor(um) q(ui)l(i)b(et)
teneatur et debeat ad petit(ionem) cuiuslib(et) petentis facere t(er)minari p(er) duos ho(m)i(n)es
scientes melius veritatem et p(er) p(ar)tes eligendos sic videlicet p(er) quamlib(et) p(ar)tem ipsos fossat(os)
et fossatellos et cursum aque solite fluere et currere p(er) ipsos fossat(os) seu fossatellos
ita q(uod) absq(ue) i(m)pedimento libere currere et fluere possit aqua. ¶ Et si t(er)mini
postq(uam) fuerint im(m)issi ceciderint uel aqua eos subtraxerit teneantur et debeat
iterato et quoties petitu(m) fuerit facere modo simili t(er)minari. ¶ Et q(uod) Nullus
int(er) ipsos t(er)minos debeat aliq(ui)d facere p(er) quod cursus aque possit q(ui)comq(ue)
impediri et si fecerit teneatur ad petit(ionem) petentis facere remoueri. ¶ Et
p(re)dicta fieri possit et debeat executioni mandari dieb(us) utilib(us) et feriatis cum
petitione uel sine summarie et sine strepitu et figura Judicii aliquo Capitulo
incontrarium no(n) obstante. ¶ Et q(uod) Judex possit imponere et executioni p(ro) (con)trafaciente(m)
penam decem libr(arum) eius arbitrio.

Q(uod) quelibet ars possit habere passum et stateram. xli.

Item statuim(us) et ordinam(us) q(uod) quelib(et) ars Ciuitatis tud(er)ti volens habere
passum et stateram possit habere dum modo Juste et sigillat(a). ¶ Et tene-
antur Potestas et Capitaneus et q(ui)l(ibe)t eor(um) fuerit mittere eor(um) notar(ios)
ad videndum ipsos passus et stateras et ponderis cum (con)sulib(us) cuiuslib(et) artis p(re)se(n)ti
capitulo (con)stituti aliquo non obstante. ¶ Et Potestas et Capitaneus teneat(ur)
cogere (con)sules mercator(um) ut assectet pondus [illegible] cum et ad Justum pondus reducant.

De habentib(us) arbores in re alterius.

xlii Item si q(ui)s arborem uel arbores habuerit i(n)t(r)a alteru(m) siue ille cui(us) est xlii.
t(er)ra voluerit emere eas siue no(n) teneat(ur) Potestas et Capitaneus et q(ui)l(i)b(et)
eor(um) facere vendi i(n)fra mense(m) postq(uam) querela deposita fuerit. ¶ Et similit(er)
ille cui(us) sunt arbores uel fuerint si eas voluerit vendere siue no(n) Potestas
et Capitaneus et q(ui)l(i)b(et) ipsor(um) teneantur infra eundem t(er)minum illum
cui(us) est arbores cogere ad venditionem ipsar(um) arbor(um) faciend(am) et emi facere

[illegible]

Et si questio fuerit de spatio teneantur facere diffiniri per duos amicos cre-
dentes bona in contrata in qua fuerint dicte arbores. Et Judex extraordinarius
cognoscat de omnibus predictis sine salario.

Quod nullus fideiubeat pro forese. xlii.

Item statuimus quod nullus civis vel comitatensis Civitatis Tuderti fideiu-
beat alicui tudertino pro aliquo forese nec aliquis tudertinus recipiat aliquam
fideiussionem obligationem vel promissionem pro aliquo forese et si factum fuerit non va-
leat nec teneat obligatio vel promissio immo sit nullius valoris exceptis
in mallis in quibus hoc capitulum non vendicet sibi locum. Et hoc potestas
et Capitaneus faciant banniri quolibet mense eorum regiminis. Et
predicta observentur tam a civitate quam a comitatu et si contra factum fuerit vel erit
potestas vel Capitaneus tollat contrafacienti nomine pene soldos quadraginta
denariorum cortonensium. Et hoc locum habeat in preterito et futuro exceptis mercatoribus
et tabulerijs qui si aliquid promiserint pro predictis personis valeat et teneat et
habeat plenum robur. Et potestas et Capitaneus et quilibet eorum hoc
capitulum et quodlibet simile preteritum teneantur facere observari precise non obstante
capitulo generali.

De terris occupatis pro fosso alicuius castri. xliii.

Item si aliqua universitas castri vel ville comitatus Tuderti sive apprehenderit
vel occupaverit aliquo tempore terram sive casalenum alicuius civis vel comi-
tatensis Tuderti faciendo fossum vel pro utilitate communis castri teneatur reddere et
restituere vel pretium secundum extimationem [?] tempus [?] dummodo constet ipsam fuisse
petitis [?] non obstante prescriptione temporis.

Quod derivatio aque stillicidij non preiudicet iuri alicuius. xlv.

Item si quis habet vel habuit aliquod ius in domo sive domibus sive casaleno
alicuius stillicidij vel alia causa et aqua dicta stillicidij fuerit vel erit
derivata ante [?] consuetudo non possit preiudicare nec pre-
iudicet iuri alicuius aliquo capitulo non obstante. Et ius non possit acquiri
nec dominium in aliquo per aliquem ante predicta.

De habentibus domum vel casalenum [?] cum religioso. xlvi.

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis fuerit domus communis vel

casalenum cum aliqua religiosa persona de fraternita, quod teneatur potestas sive
Iudex extraordinarius cogere ipsam personam religiosam ad faciendum ipsum murum cum alio
consorte ad petitionem alterius consortis expensis eorumdem.

Quod Iudex extraordinarius faciat claudi et murari (privatas) sub terram formellos. xlvij.

xlvij — in duos menses ad petitionem petentis

ITem statuimus et ordinamus quod Iudex extraordinarius teneatur precise infra duos
menses post initium sui officii facere claudi et murari sub terram omnes for-
mellos et aqueductus et sciacquaialia que sunt iuxta vias publicas et viana-
les mattonatas et non mattonatas. Et hec fieri faciat expensis illorum quorum sunt
illi formelli et sciacquaialia ita quod putredo aque et fluxus per ipsos formellos et
sciacquaialia currant et fluant sub terram. Et potestas teneatur et Iudex extraordinarius
cogere. Et omnia et singula supradicta exequantur infra dictum terminum. Item
omnia sciacquaialia sive chiavicas faciat mitti in proximioribus chiavicis communis
Tuderti inmictentur. Et hec faciat ad petitionem cuiuslibet petentis summarie sine
oblatione libelli et debeant facere murari ipsos formellos ita quod turpitudo non
possit videri. Et si ille cui preceptum fuerit per Iudicem supradictum predicta non fecerit
infra mensem post preceptum a Iudice sibi factum, in viginti solidis puniatur.
Item dictus Iudex faciat claudi omnes privatas in altum positas usque ad terram
expensis habentium privatas ad petitionem cuiuslibet petentis ita quod turpitudo non videatur.
Et ipse private taliter actentur per habentes ipsas privatas quod non putredinem neque
lesionem aliquam faciant aliquibus viis publicis vel vianalibus Civitatis Tuderti.
Et hoc capitulum sicut superius est expressum intelligatur tam de viis mattona-
tis quam non mattonatis omnibus et vianalibus et hoc intelligatur de privatis
et chiavicis positis in muris intra Civitatem et non in muris positis in extre-
mitatibus Civitatis Tuderti. Item si aliqua chiavica est in stratis publi-
cis que fluat in aliqua vianali via quod ipsa chiavica mictatur sub terram
usque ad murum Civitatis expensis actantium vianorum. Et hoc fiat ad
petitionem cuiuslibet petentis. Item si aliqua chiavica posita in aliqua via publica
deguastaretur teneatur dictus Iudex facere reactari ipsam expensis communis Tuderti
infra quatuor dies postquam sibi denumptiatum fuerit ad petitionem cuiuslibet
petentis. Et si non fecerit condempnetur per dominum potestatem in centum solidis
de suo salario qui denari deveniant in commune. Et Iudex hec faciat et

facere teneatur et quod ubi non sunt chiocane dictus Iudex faciat fieri ad
petitionem petentis ita quod ipse chiocane mictantur in directum expensis ad ia
centium salvo quod hoc capitulum non preiudicet capitulo sub dicto posito sub rubrica de .. j. c. lxxvii.
hiis qui habent domos super murum comunis Et dictus Iudex teneatur vinculo
Iuramenti observare predicta -

De terris non alienandis clerico. -xlvij.

Item statutum est quod quicumque de Civitate et comitatu tuderti de terris et possessionibus
faceret ab hodie in antea aliquam alienationem quocumque modo alienaret
alicui clerico quod talis alienatio non valeat nec teneat ipso iure Set firmata
pro re alienata comuni tuderti et hoc locum habeat inter comitatenses tuderti qui
solvere teneantur et debeant datam a tempore quo incepta fuit libra rerum co
munium Nobilium et fidelium xlvij

Quod acta exemplata habeant pro publicis Instrumentis. .xlviij.

Item statutum est quod omnia acta publicata et exemplata de libris
comunis tuderti haberi debeant pro publicis Instrumentis et integre observentur
dummodo sit exemplata per notarium Civitatis tuderti - xlviij

De picturis in comuni tenendis. -L.

Item statutum est quod omnes picture facte in portis et in palatiis
Civitatis tuderti de imaginibus beate marie virginis in comuni
ne teneantur et si aliqua reactatione indigeret Potestas et quilibet loco eius
fuerit ipsas teneatur facere refici ad penam viginti quinque librarum comuni - -L.

De modo hedificandi castrum in comitatu Tuderti. .Lj.

Item statutum est quod si aliqui massarii de comitatu tuderti vellet
construere aliquod Castrum vel actare in comitatu tuderti Et si aliquis
qui habet in loco ubi deberet construi vel actari dictum Castrum contradiceret
vel hedificium ipsius Castri vel loci quod fieri deberet per ipsos massa
rios ne fieret ipsum hedificium et haberet aliquod casalenum vel casalena
in ipso castro sive ius in casalenis ipsius loci vel castri teneatur et debeat
ipsis massariis volentibus in ipsis locis castrum facere vel actare vendere pro
Iusto et convenienti pretio ad sensum et voluntatem duorum amicorum comunium Et
ille qui habet domum vel casalenum in dicto castro nollet tenere in comuni -Lj.

ipsius castri per ut eis et aliis contra contingerit cogatur retinere in expensis ipsius castri pro libra et solidum. ¶ Item quod nullum Castrum possit fieri sine voluntate consilii generalis comunis tuderti.

Quod mulacterij possint venire ad Civitatem libere. Lij.

Item statutum est quod quicumque vectualis vel mulacterius venerit cum salmis pannorum vel merzariorum vel alterius alicuius generis mercantie de aliqua Civitate vel Jurisdictione ad civitatem tuderti. Nullus civis vel comitatensis valeat eisdem vectualibus eorum mulos vel bestias auferre vel auferri facere occasione represaliarum. ¶ Et hoc intelligatur de mulis et bestijs deferentibus res et salmas in Civitate tuderti. ¶ Et quod predicti vinigales venientes ad Civitatem tuderti possint venire stare et redire per Civitatem et comitatum tuderti secure in persona et rebus per duos dies. Et hoc capitulum sit precisum.

Quod nullus alterius Jurisdictionis emat possessiones in comitatu Tuderti. Liij.

Liij Item quod Nullus alterius Jurisdictionis possit nec debeat emere in comitatu tuderti aliquas possessiones vel terras et si emerit cadat ab eo ipse possessiones et terre applicentur. ¶ Et hoc potestas infra duos menses in introitu sui Regiminis teneat significare per litteras comitatibus circumstantibus Civitatis tuderti que littere in scriptis sine Registro comunis tuderti ponantur et serventur per notarium Reformationum comunis tuderti. ¶ Item quod predicta non intelligantur in illis de domo domini Bonifatij pape . quiqui habeantur pro Civibus. ¶ Item quod Potestas teneatur et debeat primo mense sui Regiminis facere banniri contenta in isto Capitulo. ¶ Item quod sindici Castrorum et villarum comitatus tuderti in quorum tenuta potestate cecidit in terre et possessiones quas emerit et empte sunt per forenses teneantur et debeant denuntiare domino potestati tales emptiones sub pena quadraginta solidorum. ¶ Et predicta locum habeant in emptionibus factis per ipsos forenses ab uno anno citra et que fierent in futurum non obstante quod comitates non erant Registrate per litteras comunis tuderti vel quod non reperirentur Registrate.

De modo recipiendi forenses in Cives. Liiij.

Item statuimus et ordinamus quod quicumque forensis voluerit effici civis fo. lxxv

tudertina debeat suam petitionem porrigere dominis prioribus populi que quidem petitio si eis
videbitur mictatur inter viginti quatuor populi et obtineri debeat inter eos ad bus-
sulas et pallunctas et vincatur per duas partes ex eis ad minus celato prius sollem-
pni scrutinio celebrato ad nuces. Quo facto ponatur ad consilium generale in quo
intersint ad minus centum quinquaginta consiliarii et obtineri debeat in ipso consilio
per duas partes ad bussulas et pallunctas et aliter in civem recipi vel admic-
ti non possit aliquo quesito colore. Et quod ille qui vult recipi in civem
debeat antequam recipiatur emere et habere in civitate tudertina domum propriam
non fictitie vel per appodium emptam. Et si fictitie vel per appodium emerit
ipsa domus sic empta sit et remaneat comuni sine spetialibus personis de
omni eo quod teneretur satisfacere proprietario obligata. Et aliter non valeat nec
teneat. Et tali non empti domum et possidenti cittadinantie beneficium
proficiat nullo modo. Et quod tanto tempore ei prosit beneficium cittadinantie quanto
domum propriam habuerit in ipsa civitate et in ipsa civitate tudertina habitaverit.
Et etiam contenta in dicto capitulo locum habeant in omnibus illis qui
effecti erunt cives civitatis tudertine a decem et octo annis citra dummodo
predicta vel aliquod predictorum non intelligantur in Leggerio Nicholai de
Prusio in Comitibus de Campagnia et in Manfredo de Sciarapre qui
pro civibus habeantur non obstante quod domos non habuerint in civitate
predicta –

De eo qui habuerit protocolla notarii defuncti, et modo servando de ipsis protocollis. – LV.

vide .s. in ordinamentis et reformationibus in fol. lxi.

Item siquis habuerit protocolla sive instrumenta alicuius notarii defuncti
cogatur ad exhibendum ita quod ille cuius est instrumentum possit habere.
Et ille notarius cui commissum fuerit facere teneatur de qua commissione
appareat publicum instrumentum vel aliquo modo a potestate vel consilio instru-
mentum publicum habeatur. Et notarius qui fecit rogationes si erit
defunctus et non commisit rogationes alteri potestas teneatur committere cui pla-
cuerit heredi dicti notarii sine pretio. Et si notarius fuerit gravatus vel
in tanta senectute positus quod instrumentum facere non possit rogationes
suas alteri notario ad instrumenta facienda et exemplanda committere
teneatur. Et teneatur eum cogere potestas ad predictam commissionem.

203v

faciendam quod facere possit que instrumenta facere possit ille cui commissi
erunt ipsi rogitus secundum tenorem ipsorum protocollorum. Et Item fiat et fieri possit
cum exemplantur acta de libris et rogitibus notarii defuncti. Et intelligatur
quod scriptum fuerit in quaterno notarii defuncti in tantis signatis signo ipsius iudicis
et notarii cuius sunt ipsi rogitus. ¶ Item nullus notarius possit con
cedere et committere rogitus suos nisi notario de Civitate vel comitatu
et abrevientur littere per parte muete in originalibus alicuius notarii defuncti
et sint et subaudiantur secundum quod in similibus instrumentis publicatis per ipsum
notarium defunctum continentur. ¶ Item quod ille notarius cui commissi erunt vel sunt
rogitus notarii defuncti accipiat partem de instrumentis que exegerit
de ipsis rogitibus et in matrice ipsorum rogituum sic recepit de suis re
scripturis sua manu propria factis. ¶ Item quod rogitus et instrumenta notarii
defuncti non possit committi alicui notario nisi notario qui habitaret con
tinue in Civitate vel comitatu Tuderti valeat et teneat. ¶ Et potestas re
formata faciat observari sub pena vigintiquinque librarum. -

Et si erit commissi vel commit
teretur alicui notario qui habitaret
continue in Civitate vel com
itatu Tuderti

provid(e)

De Cisternis et conductis earum.

Lxj.

Lxj p(ro) ... ss

Item statuimus quod potestas teneat primo mense sui Regiminis facere
rimundari et rectari cisternas capitolii et opus sive opera ipsarum et
conductus cisternarum et videri. Et si alique defectus erit faciat adim
pleri et aptari. ¶ Et si plures aque alicubi recte sunt mictende in
ipsis cisternis faciat micti et fieri faciat fontem circa mictendi aquas
ipsarum cisternarum in dicto fonte et ipsas cisternas et conductus et fontem
teneri faciat in munditie et salubritate et omnia faciat dictus Potestas primo
mense sui regiminis complere sub pena Centum librarum. Et hec omnia fa
ciat expensis comunis Tuderti. ¶ Et teneatur Potestas primo mense sui Regi
minis facere fieri cannellos de plumbo expensis comunis Tuderti ubi non
sunt in conducto per que venit aqua ad cisternas campitolii in
fontem platee. Et dicto mense dictus Potestas faciat congregari consilium ge
nerale in quo ponat unde habeat pecuniam in comuni per dictis can
nellis faciendis. Et non permictat discedere consilium nisi prius inve
nta fuerit via et modus pro ipsa pecunia habenda. ¶ Item nulla re

po mss

prim(e)

persona debeat intrare in locum campitolii ubi sunt cisterne de quibus venit aqua
ad fontem nisi per hostium ipsius loci sub pena decem librarum. ¶ Et si aliquod
dampnum datum fuerit in dicto loco in cisternis campitolii ubi sunt cisterne
stat(utorum) com(munis) tuderti inmitti statutis vel ordinamentis com(munis) tud(erti) in contrariu(m)
loquentibus non obstantibus.

Die decimo mensis febr(uarii). dom(ini) priores populi tudertin(i) ad consiliu(m) existentes una
cum offitio duodecim super grassia uno inter omnes xxiii in sala prima
palatii veteris com(munis) tuderti de man(dato) sap(ientis) viri Benadini Petrois
prioris priorum inter quos facto et misso partito ad bussolas et palluttas de
voluntate dictorum suorum sotiorum secundum ordinem stat(utorum) com(munis) tuderti concorditer
deliberaverunt ordinaverunt et decreverunt quod cum in quodam ordinamento et
decreto facto in com(mun)i tuderti contineatur quod qui extrassent grassia de comitatu
tuderti pena pedis puniatur quod in aliquam partem talis ordinamenti illa pena
pedis contineatur quod substrahatur cassetur et irritetur et loco dicte pene pedis sit et
intelligatur et puniatur tales contrafacientes in centum libris den(ariorum) corton(ensium)
cuius pene centum librarum medietas sit capientis et ducentis in fortiam com(munis)
et alia sit com(munis) stat(utis) vel ordinamentis in contrarium loquentibus com(munis) tud(erti) aliquo
non obstantibus.

Cassato pene pedis pro grascia et loco pedis C. libr.

Die xxi. mensis febr(uarii)

Dom(ini) priores populi tudertini man(dato) sap(ientis) viri Iohannis Benardi prioris priorum
sedentes in sala prima palatii veteris com(munis) tud(erti) ad consilium existentes inter quos
priores predictum priorem priorum facto partito ad bussolas et palluttas de voluntate dictorum
suorum sotiorum per duas partes et ultra concordes per provisione(m) stat(utorum) civitatis tud(erti)
conservatione deliberaverunt ordinaverunt et decreverunt secundum formam stat(uti)
com(munis) tud(erti) ... quod nullus comitatinus vel alia persona per se vel altero

eorum petat directe vel per obliquum vel petitione vel rotulum vel in scriptis fa-
ciat coram potestate vel capitaneo vel prioribus populi tudertini quod ponatur inter aures
in libro vel libris communis tuderti. Et contrafaciens vice qualibet per potestatem tunc
capitaneum in libris centum denariorum cortonensium condempn[illegible]tur. Et si dicti potestas vel
capitaneus vel priores tale petitum admitterent per syndicum communis in quinquaginta libris denariorum
cortonensium debeat condempnari vice qualibet in qua contrafacerent ad dicta. Non de-
rogando tamen statutis communis tuderti loquentibus de materia dicta. Et quod presens
decretum pro lege habeatur et statuto communis ponatur statutis vel ordinamentis communis tuderti in contra-
rium loquentibus aliquo non obstante.

Et ego Marchus olim Ja- cobutij Petri de Tuderto auctoritate
imperiali notarius predicta omnia et singula prout in libro communis tuderti
inveni ita hic de verbo ad verbum fideliter exemplavi et
rigore commissionis michi facte per dominos priores populi tudertini ac commissarium
sive decreto dominorum priorum in volumine statutorum communis tuderti missi in posui
sub anno domini a nativitate eiusdem millesimo CCCXL indictione VIII tempore domini
Benedicti pape duodecimi die XXII mensis Februarii.

In nomine domini amen. Hic est liber sive quaternus in se continens decreta sta-
tamenta et reformationes et provisiones et alias diversas scripturas factas
et facta per dominos priores populi civitatis Tuderti. Et scripte per me On-
firum Gerardini(?) ser Pauli notarium de Porta Fratti(?) olim et nunc notarium et offitialem
cancellerium Comunis Tuderti pro sex mensibus inceptis in medio mensis octubris
et finiendis in medietate mensis aprilis proxime venturis partim tempore nobilis viri
Lelli domini Gregorii(?) de Perusio honorabilis capitanei dicte civitatis et partim
tempore nobilis et potentis militis domini Bernardi(?) de Arcthi(?) potestatis de
Perusio honorabilis capitanei civitatis predicte. Sub anno domini a nativitate
Millesimo CCCXXXVIIII Indictione VII et sub anno domini a nativitate
Millesimo CCCXL Indictione VIII diebus et mensibus supradictis.

Infrascripti sunt domini priores populi tudertini pro mensibus Januarii et Februarii proxime venturis
quorum nomina hec sunt

		Manutius Marci(?)
Ciolus domini Jacobi	Nannes(?) Bernardi	Tomassius Tibalt(?)
Andreolus Bentivelle(?)	Franciscus Jacobelli	Bernardinus Petri(?)
Magister Paulus Massei(?)	Lippus Francisci	Vannes(?) Gilioli(?)

Die IIII mensis Januarii.

Domini priores populi tudertini, XXIIII electi consilii populi, consules artium,
duodecim super grascia civitatis Tuderti [illegible] in sala palatii veteris
dicti Comunis Tuderti ad consilium existentes mandato sapientis et discreti viri
Cioli domini Jacobi prioris prepositi inter quos facto et misso partito ad bussolas et
pallottas de voluntate [illegible] duarum partium et ultra [illegible]
existentes omnium priorum et ultra ex auctoritate et bailia et auctoritate eis
concessa populi [illegible] deliberaverunt ordinaverunt et decreverunt et quod
statuto contrarium [illegible] legis [illegible] preficiatur.

Inprimis quod nullus extrahat vel extrahere presumat vel extrahi faciat aliquod
genus bladi vel leguminis ex comitatu Tuderti sine [illegible] vel licentia
dominorum priorum sigillo nostro(?) contrafecerit [illegible] amputetur eidem [illegible] quod [illegible]

Pena per extrahentes per grascia(?)

(a curte et pdat bestiam 7 salmam. Et si qs invenerit talem seu
tales exeuntes dictum bladum vel legumen 7 in fortia comunis duxerit
hat 7 hre debeat a comuni [illegible]. Quinquaginta libras den pro quolibet
capto cum dicto blado vel legumine et medietas bestie 7 salme seu bestias
7 salmas dictum dictum captum 7 bladum in fortia comunis miserit eadie
vel hora qua ceperit qd si facere neglexerint tales capitos in libris .C.
coton puniat et qlibet possit dictum exeuntem denuptiare 7 accusare
7 potestatis 7 Capitaneum et qlibet offitiales deputates et deputandus possit
partione denuptiatione et inquisitione procedere qt talem vel tales exeuntes
7 ipsum 7 ipsos repertos sic culpabiles puniat pena predicta dictum fuerit
legis probatum et solum exhatto grassie intelligatur qui inventus
fuerit prope confines comitatus tuderti per duo miliaria extra bladum
portam aut potaret. Salvo quod liceat cuilibet de civitate et
burgis 7 suburgis impune potare 7 potare facere bladum ad
macinandum ad molendina filii bernaglie tiberis saltum den
Nini quod fuit olim malacappe Puracelli [illegible] Bonomi et
ab inde intus et ad molendina anate 7 nagie usque ad tiberim
et ad omnia alia molendina prope civitatem tuderti per tria miliaria
Et si ultra dicta tria miliaria 7 molendina inventus fuerit potare
pro exhactore grassie habeatur et puniatur in pena superius notata.
et salvo quod si aliqs de aliquo castro vel villa que essent inter
confines minus quam per duo miliaria potaret aliquod bladum vel legumen
usque dictum castrum vel villa de quo vel qua esset non intelligatur
exhatto grassie non obstante quod per duo miliaria inventus fuerit
prope confines. Et salvo quod cuilibet de comitatu tuderti vel in
ipso comitatu morati liceat ire ad macinandum ad molendina posita
in dicto comitatu dictum potet 7 potare [illegible] teneatur 7 debeat signum
lapidis fracti quod teneatur 7 debeat [illegible]

sue ville vel castri. Et si in loco ubi habitaverit non esset presbiter vel
syndicus teneatur recipere dictum signum a presbitero vel syndico sibi propinquiori
et ipso redeunte a molendino cum farina teneatur ipsam reassignare dicto
presbitero vel syndico a quo signum habuit, et si ipse syndicus vel presbiter tempore
reditionis predicte non esset in dicto castro vel villa reassignare debeat
dictum signum et farinam uni ex massariis dicti loci quod si non fecerit
habeat pro defraudatore grassie et pena puniatur superius memorata et
de reassignatione dicte farine et signi et etiam de acceptione dicti signi ubi
dubitaretur stetur et credatur dictis syndici vel presbitero vel massario cum
uno teste, et etiam eorum sacramento quod capitulum valiturum sit hinc ad
kalendas Octubris proxime venturas et deroget omnibus aliis statutis et reformationibus
in contrarium loquentibus.

Item quod nullus offitialis vel stipendiarius forensis comunis Tuderti hinc possit
vel emere de grano comunis sine licentia dominorum priorum et duodecim super grassia

Item quod quilibet civis Tuderti et quilibet alius in comitatu habitans teneatur
infra terminum per dominos priores populi Tuderti et duodecim super grassia
dicti comunis statuendum reducere et reduci facere totum bladum quod habet
in comitatu Tuderti ad penam C. solidorum pro quolibet cole. Et hec etiam locum
habeant in comunitatibus et aliis conclusionibus personis quibus in mutuum fuerit per
dictos priores et duodecim

Item quod duodecim super grassia et habundantia Tuderti syndicentur per syndicum
dicti comunis de gestis et administratis per eos tempore eorum offitii

Item quod siquis grasscierius duxerit vel straxerit vel permiserit fieri
aliquo extrahere aliquod genus bladi vel grasscie de comitatu Tuderti amputetur
ei pes

Item quod quicumque appellaverit ad curiam Tuderti contra de aliena curia vel
alieno comitatu habita a consilio et camera communis Tuderti si de eorum potestate
ita tamen quod vincere debeat quod ex inde et curia et comitatus Tuderti pervenerit
et ipsum vendat in platea communis Tuderti et non debeat dari ipsum vendendum

Die xxvij mensis Ianuarii

Domini priores populi tudertini cum novo populo absque Ciolo domini Iacobi et
magistri Bernardo de Perusio dictis qui sunt Ancone pro ratificatione
dicte civitatis ad consilium existentes et in sala prima palatii veteris dicti
communis Tuderti de mandato sapientis et discreti viri magistri Pauli Massei
prioris populi priorum inter quos priores de voluntate dictorum duorum sociorum
facto et misso partito inter eos ad bussolas et pallottas secundum formam statutorum Tuderti
nemine discordante deliberaverunt statuerunt et ordinaverunt ad hoc ut nullus
sit de cetero tante audacie et presumptionis quod audeat clamare la
pides parte vel aliquid aliud facere quod ammictetes non puniat vel
quod iustitia pretorum communis Tuderti fieri impediat in aliquo cum si ipsa
cessaret esset in totum desolatio civitatis quod nobilis et sapiens miles dominus
Hermannus de Archipresbiteris de Perusio honorabilis capitaneus civitatis et
comitatus Tuderti atque et officiales possint teneantur et debeant in agere et
procedere pro puniendo modo eis videbitur convenire et contra omnes
et singulos homines personas quascumque vocaverit in platea communis clamantes
venerint et proiecerint lapides vel contra dictum dominum capitaneum vel suos officiales
et familiares pro impedimento iustitie fiende contra Magnum et Bellum de
comitatu Tuderti condempnatos per eos et etiam contra omnes et singulos qui aliquam rationem
iniquam iuris seu congregationem in aliqua parte fecissent ratione
dicte iustitie impediende vel aliquid aliud fecissent vel operati fuisset
contra dictum statutum contra formam statutorum communis Tuderti vel iuris et ipsos et ipsum vel
ipsum repertos culpabiles de predictis vel aliquo predictorum punire et condempnare

sm uelle et arbitrium dicti dni Capitanei et eius Curie in ea pena et penis quibus
eisdem placuerit et de ipsorum processerit uoluntate Inspecta qualitate delinquentis et quantitate
peccati. In quibus omnibus et singulis idem dns Capitaneus et eius Curia procedere
inquirere et condempnare possint sine strepitu et figura Iudicii sollempnitatibus et
substantialitatibus obmissis non obstantibus ad eorum arbitrium atque uelle statutis in contrarium
loquentibus uel ordinamentis aliquibus non obstantibus. quod statutum et decretum uoluerunt pro
lege seruari et in statutis comunis tuderti poni et mitti.

Item deliberauerunt ordinauerunt et decreuerunt quod si aliquis contra iustitiam
fiendam per rectores Comunis tuderti esset tante audatie et presumptionis quod impe-
diuerit uel facto quocumque modo dictam iustitiam uel studeret ipsam impedire
in aliquo quod rectores qui talem iustitiam facient fieri contra tales delinquentes sine
strepitu et figura Iudicii sumarie et de facto Iuris ordine non seruato in-
specta qualitate persone et delicti procedere et punire et condempnare possint
atque teneantur prout de eorum processerit uoluntate. In quibus omnibus dictus rector
eius arbitrio contra predictos delinquentes ad predicta procedere ualeat atque condempnare
quod decretum pro lege et statuto Comunis tuderti ualere uoluerunt et in
statuto comunis poni atque mitti. Prouidentes decernentes et deliberantes predicta
in dictis ordinamentis et quolibet ipsorum concernentes dicti dni priores pro conseruatione
defensione salute et augmento prosperi tranquilli et pacifici status Ciuitatis
tuderti et manutenendi Iurisdictione Ciuitatis eiusdem. Que omnia
et singula in dictis ordinamentis prouisionibus et decretis et quolibet eorum contentis
ualeant et preualeant et roboris optineant firmitatem non obstantibus
statutis Comunis tuderti positis sub rubrica de arbitrio non concedendo potes-
tati uel capitaneo et in statuto dicti comunis de pena offendentium potestatem
uel Capitaneum seu alios officiales forenses et aliis statutis reformationibus
ordinamentis et aliquo iure canonico uel ciuili loquentibus in contrarium quoquo
modo nequaquam obstantibus. Que omnia et singula ... cassis irritis

arbitrium p. in predictos iustitia

in hac pte huj volūi contradicerent / et ipis omibz et singlis huis
contrariis vigore presentiu decretoru 7 ordinamentoru in hac pte tota
lite abroget 7 derroget·

Die·xxvij·mens Jan~

In nomine dni amen· Cum in archivio Cois tuderti reperiatur quoddam statutu
et volumen statutoru dci Cois continens duo folia in principio et xiiij·alios
et unum ternum et incipiens In nigro Mens insana notabilium avantie
superbie cp mobium et c̄ / et finiens etia in nigro Item statuim 7 ordi
quod si aliqua stat in pns statut sunt ut cent contrarie re dudu fcum
editu 7 compositu p nobile 7 sapientez viru dnm Panocchia Judice
et legu doctore de vulteris et sapientes viros Tudinellu dni
Raynerij· Nertoli Ghinucij· Polellum Angelucij Cobatiu Pauculij
Johem dni Salamonis Nutiu Batolutij· Cellum Cinij Nicolaj
Ambaldj Nuletum Quitavallis Lippu Franceschi et Angelum
Andreucij 7 Johem Glorij de tuder· Quod statutu 7 oia et singla
eius capla 7 oia 7 singla in pdto stat volumine contenta scripta 7
repta in rei veritate fuer factum et fca composita et composita
p dcm dnm Panocchiam 7 dcos alios sapientes viros superius
noiatos sub anno dni a nativitate eiusdem millo trecentesimo
vigesimo quarto Indictione vij tpe dni Johis pp vigesimi secdi tpe nobilis
7 potentis militis dni Ursonis Novelli de Eugubio tunc potestatis
tuder et nobilis viri Vanis Nicole de Mangeptis de burgo
sci Sepulcri tunc Capitanei dce Civitatis tuderti de mense septembr
dci anni ut ex libris reformationu Cois tuder scriptis in dco millo man
ser Francisci ser Morandi de Monte Albino manifeste colligitur
et apparet 7 ipm statutum 7 oia 7 singla eius capla viguerunt 7 servata
fuer in Civitate pdca compilatis 7 statutis dce Civitatis tuderti

sexto mensis novembris dicti anni in antea usque in diem vigesimam sextam
mensis augusti MCCCXXXVI tempore domini Johannis pape vigesimi secundi indictione iiij.
Et per ipsum tempus. Et ipsum statutum et statutorum volumen
non appareat publicatum nec manu alicuius notarii scriptum sit nec ap-
pareat in ipso aliquibus indictio sive tempus compilationis ipsius statuti
nec appareat quanto tempore viguerit et servatum fuerit pro lege et statuto
dicte civitatis Tuderti quod redundare possit in preiudicium et lesionem
universitatis comunis Tuderti et singularum personarum dicte civitatis. Congregato domino
priores populi Tuderti ad consilium existentes in palatio veteri dicti comunis
in sala picta dicti palatii ut est moris de mandato capitanei dicti ser fra
consilii Jacobelli Aristene prioris priorum inter quos facto et misso
partito ad bussulas et pallottas per ipsum priorem priorum de voluntate dictorum
duorum tertiorum nemine discordante secundum formam statuti dicti comunis Tuderti
volentes providere utilitati comunis Tuderti defectibus huiusmodi providere
et adhoc ut ipsum statutum vel eius capitula vel aliquod contentum in dicto volumine
statutorum non possit vel possint in aliquo vitiari ex defectu temporis
compilationis et publicationis et vigoris dicti statuti et eius capitulorum et publicationis
et subscriptionis ipsius vel auctenticationis alicuius solempnitatis aut subalterius in ipso obmisse
ex omni auctoritate et balia quam habent declaraverunt dictum volumen
statutorum et omnia et singula eius capitula contenta in eis et quodlibet ipsorum
fuisse statutum olim factum editum et compositum per dictum dominum Panocchiam et
dictos alios prudentes viros de quibus de quo statuto in dictis reformationibus
scriptis dicto aquello manu dicti ser Francisschini Raccliori tunc dicti comunis
fit mentio statuerunt decreverunt providerunt et ordinaverunt quod non obstante
quod in dicto statuto et statutorum volumine non appareat aliquibus indictio
temporis compilationis ipsius statuti et contentorum in eo per quos factum fuerit et
ubi et in cuius presentia fuerit publicatum et per quem scriptum fuerit ipsum vo-
lumen statutorum et quanto tempore viguerit et servatum fuerit in dicta civitate Tuderti

et com(munis) ipsius Civitatis p(ro) lege et statuto et alia sollempnia et subalia de iure opportuna et consueta ipsi statuto et statutorum voluminj et omnibus et singulis eius capitulis et contentis in eis et quolibet ipsorum ab omnibus et singulis detur et adhibeatur in omnibus et per omnia plena fides tamquam facto et confecto per predictum dominum Pancratium et dictos alios sapientes viros electos et nominatos sub anno domini a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo quarto Indictione viij tempore domini Iohannis pape vigesimi secundi de mense septembris et viguisse et plenum robur optinuisse et observato et observatis in com(muni) dicte Civitatis tudertine pro legibus et statutis ipsius com(munis) a die sexto mensis novembris dicti millesimi in antea usque in diem xxij mensis augusti millesimi trecentesimi vigesimi sexti Indictione viiij. ut hic inferius apparebat. et cum aliis subalitatibus et sollempnitatibus quae de iure vel de consuetudine requiruntur Et quod propter dictos defectus et subalitates vel sollempnitates obmissas contra dictum statutum vel eius capitula vel aliquod contentorum in eis nullus possit aliquid dicere obicere vel opponere directo vel per obliquum aliquo quesito colore et opponens directe vel allegans non audiatur Et presens decretum provisio et ordinatio ponatur per notarium ad hoc deputatum in voluminibus statutorum dicti com(munis) et pro lege et statuto dicti com(munis) debeat per omnia ab omnibus inviolabiliter observari.

Tempus compilationis et publicationis et vigoris dicti statuti recte prius et subscripti sollempnitate et ut hic inferius apparebant.

Et Ego Mactheus condam Iacobutij Petri de Scudecto (?) auctoritate imperiali notarius predicta omnia et singula prout in libro predicto dicti com(munis) inveni ita hic de libro ad librum fideliter exemplavi et vigore dicti decreti pro dominos priores populi civitatis in volumen statutorum com(munis) tudertini misi et posui sub anno domini a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quatragesimo Indictione viij tempore domini Benedicti pape duodecimi die vigesimo decimo mensis februarij.

In noie dm am. Hic est liber in quo scribunt et
scribi debent omes et singli hoies de Ciuitate et
Comitatu Tudti qui male utunt substantia
bonor suor ad ludos uetitos ludendo et alia illi
cita faciendo ppter uerisimilit ad inopiam deuge
debent et male ipor negotia ptractare et uocat
et Intitulat liber male tractantium fcta sua. Et
scptus p me Nicolaum quondam Poroli Stapanuti
de tud de Regione collis et parochia sci Leucij notm
et nuc notm et officiale ad hec electu et deputatu
p Coe Tud sub anno dm millo Tricentesimo
Trigesimo nono Indictioe septima tpe dm Benedicti
ppe duodecimj diebus et msibus Infrascriptis ut pz de elect
in me fcta man ser dnici magri Tudinj de tudto not

Constituti puidi et discreti uiri Consanguinei infrascripti
Gilij filij olim Matheoli Ricardi de Ciuitate tud de
Regione sci Silui Et par sci ylarij uz Iucius Jacobi
de Regione sci Siluestri et par sci ylarij patruus carnalis dci
Gilij Gualterettus pucali de Regione et parochia sce
prasedis auoncolus carnalis dci Gilij Nucius Barto
lelli de Regione Nidoli et parochia sci pauli Cuius
Consobrinus carnalis patris dci Gilij. Cicciolus Johetti
de Regione et parochia sci Siluestri socer dci Gilij ciues
Tudtini ex parentibus et agnatis attinentibus infra
tertium Gradum scdm Ius Canonicum numerandis Inclu
siue dci Gilio quondam Matheoli Ricardi de tud de Reg
sci Siluestri et par sci ylarij Coram sapientibus et discretis
viris dnis prioribus ppli tud videlicet ser Angelino Raynaldi
dm gloriij. Ciolo Johis Iournalis. Angeletto Guidocte

248v

Ciccolo Salvucij. Tudino fratris Johannis. Vanciello Masceptj. Mancello Andree. Benedictolo Magistri Gualterij. Vannucio Jacobutij et Bartholello Petrugali Prioribus conservatoribus pacifici status communis Civitatis et Comitatus Tuderti. Et coram me Nicolao notario et officiali predicto dixerunt exposuerunt et narraverunt quod dictus Gilius eorum agnatus et consanguineus iuxta eorum gradum inclusive male utitur substantia bonorum suorum ludendo ad ludos vetitos et alia illicita faciendo propter que verisimiliter ad inopiam vergere debet. Et male ipsius negotia pertractare. Et ita eorum proprio iuramento per eos et ipsorum quemlibet corporaliter prestito asseruerunt et affirmaverunt. Quapropter petierunt cum instantia a predictis dominis prioribus dictum Gilium debere scribi et poni per me notarium suprascriptum in predicto libro qui vocatur et intitulatur liber male tractantium res suas. Et hec petierunt pro evidenti utilitate dicti Gilij. Et quod ipsi consanguinei supradicti predicta petentes non consentient ut quod ipse Gilius de cetero sua negotia male pertractet. Et predicta petierunt secundum formam statutorum et ordinamentorum Civitatis loquentium de ipsa materia, et omni modo et iure quibus melius potuerunt.

Qui domini priores supra nominati et scripti, attendentes et considerantes petitionem predictam fore iustam et rationabilem et ipsam cedere in utilitatem et comodum dicti Gilij, ipsam admiserunt et pro admissa haberi voluerunt. Et mandaverunt mihi Nicolao notario et officiali predicto ut ipsam petitionem et omnia supradicta et ipsum Gilium et nomen ipsius Gilij ponerem et scriberem in libro superius nominato iuxta formam et tenorem ordinamentorum predictorum.

Die decimo mensis Julij. Hec acta sunt in palatio

veteri Comunis Tuder. presentibus ser Crisambene cancellario
dicti comunis. ser Marcello Gerardi, et ser Cecho Jacobelli po
Luti notariis de Tuderto testibus ad hec vocatis et rogatis.

Die duodecimo mensis Julii. Actum in palatio veteri comunis
Tuderti in sala superiori palatii comunis predicti ad Banchum
Juris ubi dicti domini priores morantur pro eorum officio ex
ercendo, Supradicti domini priores, Et quilibet ipsorum, Commiserunt
et mandaverunt precepto tamburelli publico preconi
dicti comunis presenti et intelligenti, ad petitionem et instantiam
dictorum Consanguineorum dicti Gilii, quatenus vadat, Banniat
et dicat ad loca solita et Consueta Civitatis predicte
quod nulla persona debeat contrahere vel distrahere, vel aliquem contractum
seu distractum seu obligationem aliquam facere vel fieri facere
cum Gilio olim Matheoli Riccardi de Regione dicti Silvii et par
dicti ylarii, cum ipse Gilius sit scriptus in libro malefacientium
seu sua. Et hanc Commissionem fecerunt presentibus domino Tarlato ballivo
ser Angelo Johannis, Et petro Ciccoli de Tuderto testibus ad hec
vocatis.

Die predicto in palatio veteri predicto ad Banchum malleficiorum dicti
Comunis presentibus dictis testibus. Nobilis et potens vir Lellus
domini Ghetii de Pusio honorabilis Capitaneus comunis et populi Civitatis
Tuderti, ad Instantiam et petitionem dictorum consanguineorum
dicti Gilii pro tribunali sedens Commisit et mandavit dicto precepto
preconi dicti comunis presenti quod vadat et Banniat per loca consueta dicte
Civitatis, et dicat alta voce sono tube premisso quod nulla
persona contrahat seu distrahat, vel aliquem contractum, obligationem
seu distractum faciat, vel fieri faciat, cum Gilio supradicto, cum
ipse sit scriptus in libro malefacientium seu sua, ad penam
et sub pena in statutis et ordinamentis comunis Tuderti contentis.

Die tertiodecimo mensis Julii Actum palatio predicto presentibus
Nucio domini Todini, ser Massarono Nuccii, et Angelutio

et Assoli Alleucii de Tudito testibus. dictus Paceptus preco
Retulit coram dicto domino Capitaneo. Et michi notario se
Iuisse per plateam consuetam dicte Civitatis. et ibidem Bandisse
et omnia fecisse et dixisse. ut supra a dicto domino Capitaneo
et a dictis dominis prioribus sunt in mandatis =

Et Ego Nicolaus quondam Roioli Starpanini de Tudito
de Regian collis et par sci Leucii Imperiali auctoritate
notarius. predicta omnia de libro comunis tulit fideliter exemplavi et
in publicam formam redegi Rogatus et meique signum
iuxta apposui Consuetum =

Signum mei Nicolai Roioli not.

In nomine domini amen. Hic est liber sive quaternus in se continens decreta stantiamen-
ta et reformationes et provisiones et alias diversas scripturas factas et facta per dominos
priores populi civitatis Tuderti Et scriptus per me Contium quondam ser Pauli
notarium de Monte Alano et nunc notarium et offitialem et cancellarium comunis Tuderti pro sex mensibus
inceptis in medio mensis octubris et finiendis in medietate mensis aprilis pro-
venturi partim tempore nobilis viri Lelli domini Cergi de Perusio honorabilis capitanei
dicte civitatis Et pro parte tempore nobilis et potentis militis domini Hermanni de
Archipresbiteris de Perusio honorabilis capitanei civitatis predicte. Sub anno domini a na-
tivitate Millesimo CCCXXXVIIII. Indictione VIII. Et sub anno domini a nativitate
Millesimo CCCXL. Indictione VIII. diebus et mensibus infrascriptis.

Infrascripti sunt priores populi tudertini pro mensibus martii et aprilis.

Fumalus Valentini	Iohannes magistri Nicole
Eudinectus Pettorelle	Andreutius Fromi
Rufinus Galli	Cicholus Grani
Andreotius Andreelli	Cobutius ser Hermanni
Cobatius Petrucchi	Volotius Filipponis

Die decima quarta martii. Domini priores populi tudertini ad consilium existentes
in sala picta palatii veteris comunis Tuderti ut est moris de mandato sapientis viri
Rossi Galli prioris priorum priorum ut quesito facto et misso partito ad bussolas et
pallottas secundum formam statuti Tuderti de voluntate eorum fuerunt sotiorum nemine dis-
cordante deliberaverunt statuerunt et decreverunt et ordinaverunt pro conservatione
defensione salute et honore presentis tranquilli et pacifici status civitatis
et comitatus ac pro conservatione iurisdictionis eiusdem civitatis et comitatus. Et ad
hoc ut illi qui congregationes gentium seu ragunationes fecerunt a kalendis mensis
ianuarii proxime preteriti citra, et illi etiam qui in dictis congregationibus seu ipsarum aliqua
fuerunt pena puniantur condigna Et ad hoc ut nullus talia audeat facere in futurum
cum hactenus in preteritum propter congregationes seu ragunationes huiusmodi suspectio in
civitate et comitatu tudertino non modica sit exorta et ne facilitas venie
incentivum tribuat aliis delinquendi, quod presens dominus capitaneus et alii capitanei
et potestates qui pro tempore fuerint in futurum in civitate Tuderti et quilibet eorum
per se vel cum officialibus ad maleficia deputatis possint insimul vel divisim teneantur
et debeant inquirere et procedere per quemcumque modum eis videbitur convenire

sollempnitatum et subalternis formis statutorum et ordinamentorum communis Tuderti in aliquo non servatis
contra omnes et singulos homines et personas magnates, dirigentes, massarios et po-
pulares civitatis et comitatus Tuderti et contra quoscumque alios cuiuscumque gradus, status, condicionis
extra in dicta civitate vel comitatu Tuderti fecerint aliqua rebelliones vel coadunamentis
gentium vel famulorum de dicta civitate vel comitatu seu etiam aliunde per se vel
alium seu alios cives vel forenses seu publice vel occulte ex quibus vel ipsarum
aliqua status pacificus dicte civitatis turbari potuit vel suspectio seu seditio
fuit vel esse potuit seu etiam est in dicta civitate vel comitatu exorta. Et contra
omnes et singulos qui in predictis coadunationibus vel rebellionibus vel ipsarum aliqua
fuerunt. Et etiam contra omnes et singulos qui talia facient in futurum seu etiam
acceptabunt et ipsum vel ipsos reptos culpabiles de predictis vel aliquo predictorum
puniri et condempnari prout ipsi domino Capitaneo presenti et aliis Capitaneis et
potestatibus civitatis Tuderti qui pro tempore fuerint videbitur et placebit realiter
et personaliter etiam de facto et absque solito processu et sumarie, sine strepitu et figura iudicii, de mallo costet
probationibus, consideratis inspecta qualitate delicti et personarum et etiam delinquentis et quem
predictis et quolibet predictorum ac et in talibus et similibus sufficiat probatio decem
testium fide dignorum de publica voce et fama ad minus, que probatio
in premissis et predictorum quolibet ac etiam talibus et similibus habeatur pro plena
legitima et sufficienti probatione. Et predicta statuere devenerunt et deliberaverunt
ex auctoritate, balia et potestate eis attributa per formam statutorum et ordina-
mentorum civitatis prefate aliquibus statutis et ordinamentis civitatis vel
et maxime statutorum Tuderti de arbitrio non concedendo potestati vel Capitaneo
et omni iure civili et canonico in contrarium loquentibus in aliquo non obstan-
tibus que quantum ad predicta voluerunt esse cassa et irrita et nullius efficacie
et momenti. Mandantes et volentes predictum ordinamentum, statutum
et decretum poni in volumine statutorum communis Tuderti secundum formam statutorum
et ordinamentorum dicte civitatis et contra statuto et lege de Tuderti infra.

Et ego Machinus Adam Iacobutii Petri de Tudertanii
imperiali auctoritate notarius predicta omnia et singula prout in dicto libro reformationum
et scripsi in uno ita hic de verbo ad verbum fideliter exemplavi
et in volumine statutorum sub anno currente ab exemplari ... de me Machino
sic per duos ponto scripsi ac manu ... duorum ... posui et misi
sub dicto sigillo dicte ... Matii indictione octava tempore domini Benedicti
pape duodecim

In nomine domini amen. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo, Inditione octava, tempore domini Benedicti pape .xij. die duodecima mensis decembris.

Congregati et adunati prudentes et sapientes viri

Johannes Petrucciani
Magister Petrus Battem
Fatorinus Francioli
Chellus Gerardini
Matheolus Compagni
Cotradellus Jacobini
Magister Petrus Cambaldi
Petrus Beni
Johanniciis Venturelle et
Cecolus Lucarelli

priores dominorum domini priores populi conservatores status pacifici comunis Civitatis Tuderti in palatio eorum habitationis ut moris est, facto et misso partito inter eos ad bussulas et pallottas per Johannem Petrucciani predictum unum ex dictis dominis prioribus dominorum priorum, eorum nemine discordante communiter et concorditer ex omni auctoritate et balia eis concessa et attributa a comuni Tuderti et omni modo et iure quibus melius potuerunt pro evidenti utilitate comunis predicti providerunt ordinaverunt et decreverunt quod notarius Reformationum, cancellerius et notarius dominorum priorum populi non possit, nec valeat publicare vel exhibere vel in publica forma reducere vel exhibere in secunda scriptura aliquas scripturas, registros vel protocolla occurrentes vel occurrentia in suo officio et tempore sui officii. Nec etiam possit scribere vel rogare aliquos contractus, protocolla vel aliquas alias scripturas privatas non pertinentes vel non pertinentia ad suum officium, nec ab aliquibus personis ex hiis rogari possit toto tempore sui officii vinculo iuramenti et ad penam centum librarum denariorum in singulis supradictis. Et si dictus notarius, cancellerius et notarius dominorum priorum in aliquo predictorum contrafecerit, solvat dictam penam comuni predicto et scriptura per eum publicata, sive contractus extractus et publicatus non valeat nec teneat nec fides aliqua adhibeatur eisdem, sed ex pacto cassi irriti et nullius valoris sint et totaliter habeantur, aliquo iure statuto vel ordinamento in contrarium non obstantibus. In prima vero scriptura possit et debeat scribere sua propria manu omnes et singulos contractus, protocolla et quaslibet alias scripturas in suo officio occurrentes et occurrentia. In secunda autem

COMUNALE

scriptura possit et debeat scribere sua propria manu omnes electiones officialium predictorum necessarias et omnes sindicatus similiter necessarios predictorum litteras missivas et remissivas et omnes apodissas solutionum fiendas dicti comunis sine aliquo precio vel mercede dicti comunis vel alterius specialis persone vinculo iuramenti et ad dictam penam. Et quod predictis et aliis omnibus et singulis in suo officio exercendis et faciendis secundum formam statutorum ordinamentorum et reformationum dicti comunis et sue electionis sit contentus suo salario in sua electione constituto et declarato. Et plus petere habere vel accipere non possit a dicto comuni vel specialibus personis vel peti vel accipi facere per directum vel per obliquum aliquo quesito colore vinculo iuramenti et ad dictam penam et ad penam restitutionis dupli eius quod acciperet vel accipi faceret. Ratificantes et confirmantes capitulum statutorum comunis Civitatis loquens de electione et officio dicti notarii cancellerii et notariorum duorum dominorum priorum et quecumque alia statuta ordinamenta vel reformationes loquentes vel loquentia de officio dicti notarii que in eorum vigore sint et in eorum maneat firmitate. Et hec omnia et singula teneatur in suo intrando tempore quo suum officium intrabit, que iuret et promittat in omnibus observare. Et dominus defensor teneatur et debeat ipsum notarium et cancellerium de predictis omnibus et singulis sindicare, eumque repertum culpabilem punire et condepnare secundum formam presentis decreti et quorumcumque aliorum statutorum vel reformationum comunis Civitatis loquentium de officio notarii et cancellerii dicti.

Et ego Clericus Angeli de Amelia alme urbis prefecti auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius camere comunis Civitatis predictis omnibus et singulis interfui et de mandato dictorum duorum priorum ipsa scripsi et publicavi rogatus.

In no(min)e d(omi)ni am(en). Hic est liber sive quaternus Com(mun)is Tuderti, Continens in se decreta provisiones ordinamenta stantiamenta reformationes et deliberationes factas p(er) d(omi)nos priores p(o)p(u)li Tudertini, et plures alias varias et diversas scripturas, et mandata eor(um) et precepta factus et compositus p(ro) p(rese)nte t(em)p(o)re nobilis et potentis militis d(omi)ni Harmanni quondam d(omi)ni Rayneri de Archipresbiteris de Perusio honorabilis Capitanei d(i)c(t)e Civitatis, Et p(ro) p(rese)nte t(em)p(o)re potestatie Nobilis et potentis militis d(omi)ni Blandalisei de Piccolominibus de Sen(is) honorabilis potestatis, Et pro p(rese)nte t(em)p(o)re nobilis et potentis viri Feltrani d(omi)ni Frederici de Mod(e)laccusa honorabilis Capitanei Civitatis Tud(erti). Et sc(ri)pt(us) p(er) me Cecenam quondam Fr(ancisci) Martini de Montealtino notari(um), et nunc notari(um), officialem et cancellerium Com(mun)is et p(o)p(u)li Tud(erti). Sub anno D(omi)ni a nativitate Millesimo Tricentesimo quadragesimo Indictione Octava diebus et m(ensibus) infrascriptis =

Nomina vero d(omi)nor(um) prior(um) p(o)p(u)li p(ro) m(ensibus) Maii et Junii sunt hec

- Blaxiettus mag(ist)ri Johannis
- Jannes d(omi)ni Mandronis
- Bucius Benvenuti
- Galganus Jacobutii
- Bergnus Petri
- Masseus Macarelli
- Credus Ugolini
- Ciccolinus Ugolini
- Cobutius Massarelli
- Cobellus Andreutii

· Die · xxvj · Junij ·

In nomine domini amen. Animum nostrum rei publice
curis calentem (et dulssat[?] centum consilia
conscruptantem) pulsavit sepius plebis querela orta
quidem ex casibus levibus (set graves eructavit ex
cessus) deplorat enim conspectaculorum voluptate
ad distimus de ultima pervenisse ut legum rectitudine
calcata desperate consequeret innoxios simulis furor
armatus. Et quod illis humanitas nostra letitia
causa prestitit iniustitia queque audatia plectenda
convitit. Ideo prius[?] matura prehabita domini priores
populi Tuderti ad Consilium existentes in sala palatii
Novi habitationis eorum ut est moris mandato sapientis
et discreti viri Massey Macarelli prioris eorum prioris
ad utilitatem et comodum rei publice et aume
tationem populi Tuderti et manutentionem et robur
officii prioratus populi supradicti, Gubernatorum protectorum co
servatoris et defensoris ipsius populi et status pacifici
et tranquilli Civitatis eiusdem presenti decreto et
lege salubri, providerunt, ordinaverunt et decreverunt, facto
prius et misso inter eos sollempni partito ad bussulas
et pallottas secundum formam statuti et obtento nemine
discordante, Quod domini priores populi Tuderti, qui pro
tempore fuerint teneant et debeant ad penam
decem · librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice qua
fuit contraventum Et prius Judex debeat per syndicum
et defensorem eorundem in introitu cuiuslibet officii
prioratus infra tres dies proponere et propositam facere
ad Consilium populi Civitatis eiusdem quid faciendum
sit circha custodiam et bonum et pacificum et tran
quillum statum Civitatis et Comitatus Tuderti
Et aumentationem Manutentionem Robur et

perpetuam firmitatem officiorum prioratus et dominorum priorum populi
conservatorum, gubernatorum et manutentorum status paci-
fici ipsius populi tuderti, Et ad hoc ut ipsa civitas in pacis
beneficio continuo conservetur et quod in ipso primo consilio
populi eorum nichil aliud proponatur, et quicquid in dicto consilio
fuit stabilitum executioni mandet, Et ad hoc ut de
predictis non possit aliqua ingnorantia allegari per
ipsos dominos priores, ut alium teneatur notarius
Reformationum dicti comunis, sub dicta pena et vin-
culo iuramenti dictum decretum legere et notificare
cuilibet officio prioratus die prima eorum officii
et ipsi infra dictum terminum dictam propositam fieri facere
teneatur, Et predictum decretum inmictatur et scribatur
in voluminibus statutorum dicti comunis per notarium eligendum
ad hoc per dominos priores predictos ut per eius in lege et statutis
fuerit, Et quod dominus defensor teneatur et debeat vin-
culo iuramenti, Et ad penam predictam de predictis ingredi
et inquisitionem facere contra ipsos priores delinquentes
in dicto capitulo, Et si reformationes et proposita non
apparerent in libris reformationum dicti comunis dicto modo et
forma facte per ipsos dominos priores condempnet eos
et quemlibet eorum in penis supra notatis, Et
predicta omnia et singula providerunt, ordinaverunt et decreverunt
omni via iure et modo quibus melius possunt

Die ultimo Iunii

In nomine domini amen. Infrascripti sunt domini priores populi tuderti
conservatores status pacifici civitatis predicte pro mensibus Iulii
et Augusti, et ipsorum propositiones et decreta et facta et
acta tempore ipsorum prioratus et dictorum duorum mensium
Et scripta per me Tavernam condam fratris Matthei de
Motealano notarium et cancellarium comunis tuderti sub
dictis anno et indictione diebus et mensibus infrascriptis extractis
de cassa dicta die secundum formam statutorum

254v

Nomina quorum hec sunt
Politus Benedictoli Tadeutii
Tuna scaptonis
Symus Ciccoli
Ser Conradus Andree
Ser Jacobus Cole Bonaynardi
Macus Blaxii
Cola Panichelli
Cellus Xpofani
Mannuctus Beraducii
Franceschellus Jacobutii

Die xxviii Julii

In nomine domini amen. Convocati et congregati domini priores populi Tudertini in palatio communis Tudertini pro eorum officio exercendo mandato sapientis viri Cole Panichelli prioris dictorum priorum inter quos facto et misso sollempni scruptinio et partito ad bussulas et pallucetas secundum formam statuti et obtempto nemine discordante, providerunt, deliberaverunt, ordinaverunt, stantiaverunt et decreverunt pro bono statu et utilitate dicti communis. Ne delinquentes qui propter eorum delicta digni sunt penis non transeant impuniti, Et ne exinde pessimum consequatur, ex eo ut detur ipsis delinquentibus frequenter materia delinquendi, et in delictis, maleficiis et culpis ob infrascriptam causam materia persistendi et quia ex beneficio eorum dicti communis consecutione pluries penas debita mitigat et commune Tudertinum dampnificatur sepissime propter concessionem custodie carcerum dicti communis. Quod domini priores populi Tudertini qui nunc sunt et pro tempore erunt, non possint, nec debeant dare, nec concedere directe, vel per obliquum, aliquo quesito colore, alicui vel aliquibus personis condempnatis vel non dicti communis, vel que tenerentur et essent communi Tudertino in aliquo obligati, aliqua ratione, vel causa, Et maxime alicui vigore condempnationis de ipsa persona vel pro factis in dicto communi aliqua custodiam carcerum dicti communis nisi solummodo in consilio populi Tudertini. Et quod custodia carcerum dicti communis non possit alicui dari, vel concedi, vel aliquis ad ipsam custodiam eligi vel nominari possit nisi in consilio populi in quo sint adminus ducenti consiliarii et obtempto in eo per duas partes ipsorum consiliariorum, volentes quod si quid in predictis vel aliquod predictorum super predictis secus factum fuit

ordinatu(m), provisum vel decretum aut reformatum est
vel preter dictam formam et modum non valeat, nec teneat
ac ipso iure et ipso facto exnunc prout extunc decreverunt
esse irritum et inane, et nullius valoris et efficacie
vel momenti. Et nichilominus predicti domini priores populi et
facientes in predictis vel aliquod predictorum vel quibus aliis pu
niant et condempnent quilibet ipsorum per dominum defensorem
et qualibet vice in centum libr. den. Et predictum decre
tum legatur dictis dominis prioribus populi in principio eorum offici
per notitiam reformationum dicti Comunis ad omnem ingnorantiam
evitandam. Et predictum decretum etiam mictatur et scribatur
in volumine statuti, ad hec ut perpetuo pro lege servetur.
Et predicta omnia et singula fecerunt omni via iure et modo quibus
melius potuerunt.

Die xx aug.

In nomine domini amen. Convocati et coadunati domini priores
populi Tud., videlicet Amanieus Berarducii et Cellus Ugolini
priores dictorum priorum et alii priores populi eorum sotii, et decem
priores de numero duodecim sapientum electorum secundum deliberationem
consilii populi Tud. super facto apparitie et pompognam ad
requisitionem ... in palatio habitationis dominorum priorum populi ut
moris est, ad infrascripta specialiter facienda, providendo, ordi
nando et reformando, facto partito et misso inter eos partito
solepniter ad bussulas et pallectas et obtempto secundum
formam statuti, sequentes reformationes predictas pro
honore, statu, manutentione et augmentatione iurium Comunis
et populi civitatis Tud. et conservandis, manutenendis et
augmentandis iuribus rationibus et iurisdictionibus, liber
tatibus et franchitiis dicti comunis et populi et specialium per
sonarum. Et ne ipsa iura iurisdictiones, franchitie et libertates
in posterum per aliquem deperirent omni modo, iure et
modo quibus melius potuerunt, providerunt, ordinaverunt
et decreverunt unanimiter et concorditer quod si aliquis forensis

BIBLIOTECA COMUNALE ...

255v

ausu temerario clandestine vel palam et quandocumque
et qualitercumque in ipsis territoriis et Jurisdictionibus
terris possessionibus, bonis, personis et bestiis, vel in
tenutis et districtibus apparitie et pompognani contra
Tudertum offenderent vel lederent aliquem vel aliquos
in persona vel rebus vel bestiis vel quod in ipsis
Territoriis et tenutis fecerit aliquod Contra
statum, furtum Incendium Rapinam Robbariam
vel offensionem aut Commiserit aliquod maleficium
Reale vel personale in dictis territoriis vel tenutis
quomodocumque et quandocumque possit et possint
Impune offendi in personis rebus et bestiis eorumdem
ab omnibus et singulis qui in dictis territoriis
et tenutis fuissent offensi aliqualiter seu lesi
Et ab omnibus et singulis quorum erant possessiones
tenute et bona predicta Et qui laborarent in
eis vel aliqua earundem vel qui erant vel starent
ad servitutum predictorum Et in eorum servitutum
micterent vel aliquid eorum ibidem habentium
possessiones et bona Intelligant quod predicta
facere possint in dictis tantum territoriis
et tenutis ab hodie inantea. Siquis vero
per modum Currerie seu cavalcate vel hostiliter
vel potenter veniret ad Comictendum predicta
vel aliquod predictorum in dictis territoriis possessionibus
vel tenutis — Liceat offensis et aliis omnibus
Civibus Tudertinis inantea a die presentis
decreti facti et provisionis et aliis omnibus qui in
eorum servitutum irent erant vel micterent predictos
Et quolibet predictorum sic venientium per modum cavalcate

vel armare vel hostiliter vel potenter persequi insequi
et fugare et etiam temporis spatio et intervallo ex
dictas possessiones territoria et tenutas et eos et
quemlibet eorum impune offendere et offendi facere
in personis et rebus et bestiis et in eorum territoriis
et tenutis sine pena et banno legis et curie dicti
comunis, impetrata et obtenta prius licentia a dominis
prioribus populi civitatis Tuderti tunc in officio residentibus,
Comictendi et faciendi predicta extra territorium et tenutas
predictas et comitatus Tuderti per predictos vel alterum eorum quorum
sunt dicte possessiones, territoria et tenute aut possessiones et bona
existentia in eis. Et quod domini Priores populi Tuderti qui pro
tempore fuerint ipsam licentiam dare et concedere teneantur
ad ipsorum requisitionem, petitionem et voluntatem ad
pena centum librarum denariorum cortonensium pro quolibet eorum vin
culo iuramenti, statim coram eis querela exposita
et narrata. Quam quidem provisionem, ordina
mentum et decretum voluerunt penitus approbari
in consilio dicti comunis Tuderti in quo adminus intersit
ducenti consiliarii. Et facta approbatione predicta mi
tatur et scribatur in voluminibus statutorum per
notarium per dominos priores eligendum, vel electum ad
hec ut cetera pro lege debeat observari, finem quod
in dicto consilio fuit approbatum.

ET Ego Nicolaus quondam Loroli Starpamilii
de Tuderto de Regione collis et parochia sancti
Leucii imperiali auctoritate notarius predicta omnia et singula
prout in libris reformationum et decretorum comunis
Tuderti inveni, Ita hic de verbo ad verbum fideliter exemplavi
et in volumine statutorum dicti comunis ex vigore electionis de
me facte per dominos priores populi ac etiam de mandato dictorum
dominorum priorum posui et misi et signum meum apposui
consuetum sub annis domini millesimo et indictione predictis die
XI mensis Septembris.

Signum mei  Nicolai notarii dicti.

In Dei Nomine amen. Hic est liber sive quaternus continens in se omnes et singulas provisiones, deliberationes et decreta facta per dominos priores populi Civitatis Tuderti, Et summa officialium forensium, et etiam Bandimenta, ac alias quamplures varias et diversas scripturas, factus tempore Compositus tempore magnifici et potentis militis domini Bini domini Lelli de Grabbielibus de Eugubio, honorabilis potestatis et Capitanei comunis et populi Civitatis Tuderti. Et scriptus per me Ullutum Paulutii de Camerino, notarium, et nunc notarium reformationum, et Camerarii dicti comunis ad Cancellarie officium deputatum, Sub Anno a nativitate domini Millesimo Trecentesimo quadragesimo primo Indictione nona tempore domini Benedicti pape duodecimi, diebus et mensibus infrascriptis.

Infrascripti sunt domini Priores populi Tudertini pro mensibus Januarii et Februarii ex vente extracti in consilio populi secundum formam statutorum, et ordinamentorum comunis Tuderti, Quorum Nomina sunt hec

Cicolus Lamberti de Regione Vallis,
Jacobellus fieri Johannis de Regione Ecclesie prescriptis,
Bartholomeus Bennevenuti de Regione Vallis
Petrus Bucii notarius de Regione
Manninus Moncelli Ecclesie prescriptis
Macholus Angelutii de Regione Camucie,
Cicolus Andreelli dictus Mencaglia,
Matheus Rucoli Massarelli de Regione Nidoli,
Ciolellus Lelli Barbierius de Regione Vallis,
Ciolus Retii de Regione Silvestri

Priores populi pro mensibus Januarii Februarii

In noie dni am. Die. Trigesima. mss Januarij. Con
gregati et adunati dni priores ppli tudertini i eorum ha
bitationis palo pro eorum officio exercendo, more solito de
mandato sapientis viri ser. Petri Bucij prioris dictorum prior
et de uno ipsorum dnorum priorum facto et misso inter eos sol
lepni partito ad bussulas et palluctas secundum formam stat
et ordinamentorum cois Tud. et obtempto nemine di
scordante pro evidenti utilitate dicti cois providerunt et
decreverunt quod sportellus seu porta cois Tud. posita in
in civitate Tud. prope monasterium sci Benigni claudatur
et remuretur de muro lapidum ad rena et calce gro
ssitudinis cui est murus junctus ipsi porte. Et quod deinceps
in ppm remaneat murata dicta porta tota. Et exmurari
seu aperiri non possit nisi deliberatum fuit in consilio
ppli civitatis Tud. Et quod dni priores ppli, qui pro
tempore fuerint, teneant et debeat vinculo juramenti
ipsam portam sic remuratam totam ppo retinere et ipsam
non aperire, nec permictere quod aperiatur ut dismuretur, nisi
fuit primo per dictum consilium ppli reformatum. Mandantes
dictum decretum poni in volumine statutorum cois Tud.
Et pro lege servari aliquo in contrarium non obstante.
Cui per presens decretum voluerunt in hec eetaliter (?)
derogatum

Die duodecima mss februarij. Quia plerumque ex ge
neralitate concipitur obscuritas et in volumine
decretorum et ordinamentorum cois Tud. videatur insertum quoddam
generale decretum factum per dnos priores ppli Tud. qui in
dicto officio resederunt de mense maij et junij proxime preteritis
sub anno millo trecentesimo quadragesimo die vigesimo
sexto mss Junij cuius tenor talis est. In noie dni am.
animum nostrum rei publice curis calentem et
Die vigesimo quinto februarij. Domini Priores populi tudertini, simul in ipsorum habitationis palatio pro ipsorum officio exercendo more solito congregati, facto partito et misso partito inter eos ad bussulas et palluctas secundum formam statuti per Ser Martinum Vellisorium ex prioribus priorum, dictorum dominorum priorum et obtento concorditer, nemine discordante, ut illi qui amore virtutis, non timent illicita lucra, et extorsiones facere, nec notis falsitates comictere stupeant pene formidine, et ab illicitis habeant materiam absistendi pro evidenti utilitate dicti comunis et conservatione pacifici status eiusdem, et pro augumento dominorum priorum populi officij providerunt, et decreverunt quod quicumque de inceps in officio prioratus prefati comiserit aliquam extorsionem, revendariam falsitatem, vel lucrum illicitum, occasione vel pretextu alicuius officij prioratus puniatur, et puniri debeat per dominum defensorem, vel alium officialem dicti comunis qui eos habebit syndicare et syndicabit in illis penis que continentur in statutis comunis tudertini positis sub rubrica de syndicatu dominorum priorum et eius forma in prima distinctione, capitulo .XC. Et quod in eis penis puniatur et puniri possit et debeat quilibet recipiens, vel dans aliquod acceptum, vel lucrum illicitum occasione curructionis sive seductionis officij dominorum priorum ut qui aliquam extorsionem, revendariam, vel falsitatem comicteret occasione ipsius officij (salvo si predictus dans acceptum in casibus suprадictis, vel altero eorum predictis dominis prioribus, vel alicui ipsorum pro tempore in officio prioratus existentibus, officiali qui habebit syndicare et syndicabit ipsos dominos Priores, manefestaverit dictum acceptum et

et personam cui dederit infra terminum assignandum per ipsum offi
cialem, uel per bannimentum ex parte ipsius officialis mictendum
quod contra dictum dantem acaptum occasione dicti acapti nullo
modo procedi possit et totaliter sit impunis. Et nichilominus
cogi debeat acaptum recipiens per ipsum officialem ad restitu
tionem ipsius acapti faciendam illi a quo dictum recepit acca
ptum. Item quolibet anno de mense Januarij per dominos priores
populi, qui in prioratus officio residebunt pro tempore, et per con
sules artium, et per viginti quatuor secreti consilij populi de
Ciuitatis pro tempore in dictis officijs existentes, Eligatur unus
officialis forensis, qui universaliter et singulariter syndicet
ipsos priores populi tudertini, qui fuerint in dicto officio prioratus
per unum annum tunc proximum preteritum ante dictas kalendas mensis Januarij
cum uno notario, et cum salario et familia et pactis que eis
videbitur et placebit, qui officialis possit teneat et debeat
procedere et investigare per modum et viam inquisitionis
accusationis denumptiationis, uel simplicis petitionis, et au
dire, et intelligere, et admictere, quaslibet accusationes
et denumptiationes de predictis, uel aliquo predictorum per ipsos priores
uel aliquem ipsorum commissis in dicto officio prioratus dicto an
no contra predictos omnes et singulos priores, qui fuerint
in officio prioratus per dictum annum summarie sine stre
pitu et figura iudicij diebus feriatis etiam ad honorem dei
inductis, et inventos culpabiles punire debeat in dictas
penas, quacumque absolutione facta de eis, uel aliquo alio
non obstante, habita tamen sufficienti probatione per popul
ares personas, et non magnates, et nullus pro magnate
habitus, uel potente secundum formam statutorum, nec eorum famil
iares et domestici possit testificari, Nec eorum testimonium
admictatur contra dictos priores. Item quod dictus officialis
qui ipsos dominos priores qui fuerint per dictum annum in
dicto prioratus officio syndicabit, possit, teneat et debe
at per modum et viam inquisitionis, accusationis uel petitionis

procedere, et investigare contra omes et singlos qui fuerint
Infra unum annum, a die depositis sui officij priorat
numerandum in dicto officio prioratus, de omnibus et
singulis, acceptis, extorssionibus, rrenendarijs et lucris
illicitis p eos, uel ipsorum aliquem factis et comissis Infra
dictum tpus unius anni in ipo prioratus officio tpre ipsorum
offitij, et repertos culpabiles punire, et condepnare in pen
contentis in dicto statuto loquente de syndicatu dnorum prior
non obstante aliqua absolutione facta de ipis, uel aliquo,
ipsorum Si ipa absolutio venisset ex processu facto contra eos uel
alterum ipsorum, predicta comictentes, uel aliquos predictorum p
uiam, et modum Inquisitionis, uel denumptiationis, Si uero
predicta absolutio veniret ex processu facto p uiam et modu
accusationis tunc p dictum officialem aliquo modo proced
non possit, contra predictos, uel aliquem predictorum taliter
absolutorum Set ipa exceptio rei Iudicate et absolutionis obstet
et patrocinet, taliter absolutis siue absoluto in quantum
Iura patiuntur et volunt. Siquis vero cuiuscumque conditionis
existat, aliquem, uel aliquos ex ipis prioribus accusauerit
uel denumptiauerit seu petitionem porrexerit contra ipsos, uel
aliquem ipsorum de predictis, uel aliquo predictorum et ipsam accu
sationem, denumptiationem, seu petitionem non probauerit
puniatur uice qualibet in Centum libris den corton
Item quod predicti dni Priores qui pro tpre fuerint teneat
et debeant vinculo Iuramenti, predictas provisiones, et decreta
publice et alta uoce legi, et vulgarizari facere in primo
consilio populi quod adunabit tpre ipsorum officij, et quod dicta
decreta, et provisiones ponantur in voluminibus statutorum
comunis Tuderti et p legibus et statutis dicti comunis debeat
ppetuo observari, nec veniat, nec venire possit in reno
uatione statutorum Immo semper cum fit pposita de renouatione
statutorum in dicta pposita excipiatur quod non veniat dicta decreta et statuta in reno

ARCHIVIO

natione statut(orum). Item quod Cancellarius sive notarius Refor
mationum teneat et debeat vinculo iuramenti et ad penam
decem librarum den(ariorum) de suo salario auferendam dicta decreta et pro
visiones prima die vel sequenti cuiuscumque officii prioratus lec
tificare dictis dominis prioribus et eadem vulgari sermone le
gere et exponere de verbo ad verbum prout iacent

Die ultimo februarii. Domini Priores populi tudertini simul in
eorum habitationis palatio pro eorum officio exercendo more solito
congregati, facto et misso partito inter eos ad Bussulas et pa
llutas secundum formam statuti per Martinum Celli unum ex
prioribus priorum dictorum dominorum priorum et obtempto concordit(er)
nemine discordante, ex omni eorum auctoritate quam habent pro
evidenti utilitate dicti comunis providerunt, ordinaverunt
et decreverunt quod Nulla persona de inceps audeat vel pre
sumat facere aliquod proaulum, palcone et trasannam
nec aliquod inghombramentum iuxta aliquam portam
Civitatis tuderti ex parte aliqua intrinsecus vel extrinse
cus, sive ex parte interiori vel ex parte exteriori prope ali
dictarum portarum per unam perticam ad mensuram comunis tud(erti)
Et quecumque persona contrafecerit puniatur pena centum
libr(arum) cortonensium pro qualibet vice, Et laborerium quod ibi fece
rit Nichilominus elevetur, et presens decretum scribat(ur)
et ponatur in voluminibus statutorum comunis tud(erti) et pro
lege et statuto dicti comunis debeat perpetuo observari

De pena facientis proaulum vel etc. iuxta aliquam portam civitatis.

In dei Nomine amen. Anno a nativitate domini nostri Iesu Christi
Millesimo Tricentesimo quadragesimo tertio Indictione
Undecima, domino Clemente papa sexto residente. Infrascripti
sunt Nomina dominorum priorum populi tudertini pro duobus mensibus
dicti anni videlicet Martii et aprilis et facta et gesta per eos

in dictis duobus mensibus, diebus infrascriptis videlicet.

Oddutius Lucciaroni.	Mannucius Monci.
Follis Tadioli.	Fatius Bonamti.
Fucius Thoci.	Victorius Masci.
Cellus Nini.	Jacobus Cole. et
Magister Paulus Massey medicus	Augustinus Thoci.

Die vigesimo secundo Martii. Domini .. Priores populi tudertini simul in ipsorum habitationis palatio more solito congregati pro ipsorum officio exercendo facto prius et misso partito inter eos ad bussulas et pallottas secundum formam statuti per dictum Jacobum Cole unum ex prioribus prioribus dictorum dominorum priorum, et obtento concorditer nemine discordante, ex omni eorum animitate quam habent ad honorem et reverentiam santissime passionis domini nostri Jhesu Christi et ut omnes Cives et Comitatenses Civitatis tuderti Comitatus tudertini, dicte passionis santissime memoriam habeant reverenter, providerunt et decreverunt quod perpetuo in futurum in Civitate et Comitatu tudertino omnes dies veneris mensis Martii Anni cuiuslibet accessuri, debeant ab omnibus in civitate et Comitatu prefato cum summa Reverentia celebrari, Et quod Nulli liceat dictis diebus veneris mensis Martii, vel aliquo ipsorum retinere in Civitate et Comitatu tuderti apothecam seu apothecas apertam, seu apertas, vel aliquid manualiter operari, seu laborare nisi quemadmodum diebus dominicis laboratur, Sub pena quinque soldorum cortonensium denariorum cuilibet contrafacienti pro vice qualibet auferenda et communi tudertini applicanda, ad hec ut ipse Christus omnipotens sue misericordia pietatis

Tudertino populo perpetuam bonam et integram pacem prestet qui est benedictus in secula seculorum amen. Et hoc decretum mandaverunt pro lege et statuto ab omnibus observari et scribi in voluminibus statutorum comunis Tuderti et banniri debere quolibet anno publice per civitatem Tuderti in locis consuetis ad duas tubas de mense februarij bis adminus.

banniatur bis de mense februarij.

Die vigesimo sexto martij. Domini priores populi tudertini simul in ipsorum habitationis palatio more solito pro eorum officio exercendo congregati facto prius et misso partito inter eos ad bussulas et pallucttas secundum formam statuti per magistrum Paulum Massey unum ex prioribus priorum dictorum dominorum priorum et obtento concorditer nemine discordante. Considerantes famam deformem et conditiones perversas ac pessimas infrascriptorum hominum et cuilibet eorum nec non providere volentes civibus et comitatensibus Tuderti ne ab ipsis infrascriptis vexari quomodolibet valeant sive possint ex omni ipsorum [illegible] quam habent providerunt et decreverunt quod nullus infrascriptorum hominum possit vel debeat exercere vel operari officium baiulorum in civitate et comitatu Tuderti seu esse baiulum hinc ad decem annos proxime venturos sub pena viginti quinque librarum pro quolibet eorum et qualibet vice comuni Tuderti applicandarum si secus fecerit ipsi vel aliquis ipsorum infrascriptorum. Et hoc decretum voluerunt pro lege et statuto observari et mandaverunt scribi in voluminibus statutorum comunis Tuderti et etiam banniri

p(er) Civitatem tud(er)ti in locis consuetis, publice et alta voce banniatur.
Ut omnibus Innotescat, quorum nomina Infra Insequenti latere sunt descripta

Nomina illorum qui non possunt esse baiulos hinc ad decem annos proxime venturi de quibus supra fit mentio sunt

- Marescalchus petri.
- Menicus Venecte.
- Cobucius Anetrelle.
- Ricius et Jacobelli presbiteri
- Salimbeni.
- Petrus panecte.
- Cellus vitalis.
- Petrus Vacacij.
- Nutus Cognatus Ceppe.
- Vannucius dictus budellone.
- ffranciscus presbiteri
- Moriconus Andree.
- Vannucius plenutij dictus Cropto.
- Collocorto Johannis.
- ffranciscus Andree.
- Ciccolus Andreutij de Cropto.
- Tostus Angnalelli.
- Cellus Mantis.
- Donatus Mantis.
- Ciccolus Mantis Locie.
- Ciccolus paragini
- Corsus Cinci.
- Cellus Contarij.
- Andreucius Raynuçoli
- Rossus de Consigno
- Benedictus Hengelli dictus Lupocane.

+

Die quarto aprilis. Domini. Priores populi tudertini simul
in ipsorum habitationis palatio, more solito pro ipsorum officio
exercendo congregati. facto partito, et misso partito inter eos
ad bussulas et palluctas secundum formam statuti per ma
gistrum paulum massei, unum ex prioribus priorum dictorum
dominorum priorum, et obtempto concorditer, nemine discordante
quia pluribus civibus fidedignis referentibus perceperunt
quod emptores calcine decipiuntur quando mesuratur eadem
occasione quartinghi stricti supra. Et quia publica utilitas
preponi debet privatae, ex omni eorum civitate quam habent providere
et decreverunt quod omnes fornaciarii in futurum et omnes
alie persone vendentes calcem seu calcinam debeant habere
et tenere quartinghos sigillo comunis sigillatos amplos
intrinsecus et superiori parte, ac inferiori uno pede ad pedem
comunis ad minus, Et cum ipsis mensurare et vendere dictam
calcem ad currentem, vel aliquo ipsorum, et non cum alio qua
rtingho vel mensura seu aliter, et qui contrafecerit in re
tinendo, vel vendendo solvat nomine pene pro quolibet
et qualibet vice, centum solidos comuni tuderti applicandos
et cuilibet persone sit licitum accusare et denumptiare contra
facientes, et sibi credatur cum uno teste de visu, et habeat
dimidiam banni, et hoc decretum mandaverunt perpetuo
pro lege ab omnibus observari, et poni et scribi in volumi
nibus statutorum comunis tuderti et banniri debere per
banniatur — civitatem Tuderti in locis consuetis publice et alta
voce, ut omnibus innotescat

Die vigesimo quarto aprilis. Domini. Priores populi tudertini
simul in ipsorum habitationis palatio pro ipsorum officio
exercendo, more solito congregati facto partito, et

et misso ptito inter eos ad bussulas et palluctas secundum
formam statuti p fucum Docy, bonum ex prioribus prior dom
dnor prior et obtempto secundum formam stat, ex omni cor
auctate quam habent, p euidenti utilitate, hominum et p
sonar Ciuitatis et Comitatus tud, prouiderunt et decreuerunt
ut infra p ordinem apparebit, mandantes omnia et singula in
frascripta ab omnibus inuiolabiliter obseruari, sub penis infrascriptis
et pro lege et statuto haberi, ac scribi in voluminibus sta
tutor comis Tuderti, et banniri debere p ipam Ciuitatem
publice et alta uoce in locis consuetis ut omnibus innotescat

banniatur
a funere p̄hibita

In primis q Nulla psona Ciuis, uel Comitatensis Tuderti audeat
uel psumat ad funus alicui psone, Ciuis tud, uel Comitatens
habere, pparare, tenere, uel portari facere aliquo modo
cereos, uel torticios de Cera ultra modum et quantitatem in
frascriptam videlicet q ad funus alicuius ex Nobilibus seu
magnatibus de Ciuitate, uel Comitatu tuderti, uel
uxoris alicuius eor, non possint haberi, preparari, teneri
uel portari. Nisi solum duo torticii de Cera, ponderis
inter ambos. Triginta. librar, et ab inde infra et intel
ligantur esse Nobiles et magnates omnes illi qui
sunt scripti pro Nobilibus in libro Nobilium et magnatu,
ad funus uero alicuius psone popularis non possint haberi
preparari, teneri uel portari, nisi solum duo Torticii de
cera ponderis viginti. librar inter ambos et ab inde infra
Et etiam ad funus alicuius psone suprascriptar psonar
non possint, uel debeant, haberi, preparari, dari, uel por
tari seu teneri, Candele de Cera, a sedecim candelis
infra pro qualibet libra, et qui contra fecerit in pdcis
uel aliquo predictor puniatur pro qualibet vice in
decem. libris corton, et in decem soldis p qualibet libra

ARCHIVIO BIBLIOTECA

cere, que haberetur, prepararet, teneretur, portaret sive daretur, ad funus, aut in funere alicuius psone ex supradictis psonis, comuni tuderti applicand. Et ad dictam penam solvendam, teneatur pater p filijs et uxore, Et filius seu filij pro patre, et mater et uxor pro marito, et frater pro fratre si non divise fuerint, seu divisi non essent, Quod decretum non vendicet sibi locum in militibus, Judicibus et medicis nel aliquo ipo(rum) seu in uxoribus co(rum), nel alterius eo(rum) in quo(rum) et cuiusq(ue) ipo(rum) funere liceat cuius, habere preparare, tenere, et portare, torticios et candelas ut sibi placuerit, Et Nullus spetierius, nel aliq. alia psona debeat, nel possit in sua apotecha, nel domo ppria, nel conducta, nel alibi, tenere, nel vendere torticios ultra dictum pondus sub dicta pena. Salvo q hec non Intelligatur pro torticijs alicuius artis civitatis tuderti qui portarentur ad funus alicuius defunti alicui artis dce Civitatis

Inquiratur. Item q dni Potestas, Et Capitaneus Civitatis tuderti tam psentes q futuri pro tpre teneant et debeant quolibet mense, quo fuerint in officio facere seu fieri facere sollepnem Inquisitionem contra spetierios et omes alias psonas, qui et que tenerent, nel venderent torticios ultra dictum pondus, Nec non mictere unum ex notarijs ipo(rum) ad funus cuiuslibet psone que obiret in civitate Tuderti, ad videndum et Inquirendum si sunt, nel portarentur torticij, et darentur candele, ultra dictam formam, et reptos culpabiles, et contra dictam formam et modum fa

cientes punire et condempnare in penis in proximo precedenti capitulo declaratis, sub pena decem librarum cuilibet ipsorum pro vice qualibet qua predicta obmisit facere aut fieri facere de ipsorum salario auferenda

Item quod omnes date, mutue, taxationes et prestantie que in futurum solvi contigerit in civitate tuderti debeant colligi et recipi per camerarium communis tuderti forensem ad hec spetialiter ordinandum et eligendum et non per aliam personam ullo modo. Et si aliqua alia persona quam dictus camerarius forensis eligendus auderet colligere vel recipere dictas datas, mutuas, taxationes vel prestantias non obstante aliqua electione de cetera seu fienda puniatur in centum libris communi tuderti applicandis, et de facto a tali persona exigendis per dominum potestatem vel per dominum capitaneum populi civitatis tuderti. Et si dicti domini potestas et capitaneus predicta non fecerint et exigerint cum effectu perdat quilibet ipsorum de suo salario centum libras, quod decretum non vendicet sibi locum in datis et taxationibus deputatis pro satisfactione presentium debitorum communis tuderti que recipi et colligi debeant et possint per notarios et cultores electos et eligendos ad hec usque ad integram satisfactionem debitorum communis predictorum. penale

Item quod tam camerarii communis tuderti quam camerarius gabelle et quilibet ipsorum teneat et debeat qualibet die dominico in futurum apportare in scriptis officio dominorum priorum populi omnes pecunie quantitates que intrabunt qualibet ebdomoda seu que pervenient ad eorum manus et cuique ipsorum in futurum pro communi tuderti vinculo

Iuramenti et ad penam quinquaginta librarum pro quolibet eorum et qualibet
ebdomada qua commiserint apportare in scriptis dictos introytus hoc modo
videlicet die .. mensis .. Imprimis introytus condepnationum .. libre
Item introytus dapnorum datorum .. libre .. Item introytus salariorum libre.
Item introytus petentium libertatem .. libre .. Et cetera et cuiuscumque
alterius introytus, Item introytus Gabelle contractuum .. libre
Item introytus sextorum gabelle venditarum .. libre et cetera, et cuiuslibet
alterius introytus dicte gabelle

Item cum in capitulo statutorum posito in quarta distinctione sub rubrica
quod liceat cuilibet extrahere usque in duos porcellos, capitulo .CCxxxiiij.
sit quedam particula que sic dicat, Siquis vero de Civitate sine
apodixa, extraxerit porcos, castratos vel alias bestias maioris
valoris, vel res alias ad grasciam, expectantes puniatur in decem
libris, et si res valeret a decem libris supra, puniatur in vigintiquinque libris
et perdat bestias sive res quas portaret, pro evidenti utilitate
dicti comunis, quia verisimile est quod dictum statuti capitulum est defectiosum et in
eo fuit erratum, providerunt, ordinaverunt et decreverunt, nemine discordante con-
cordit, nullo penitus ut supra quod ubi dicat in dicta particula Siquis vero
de Civitate sine apodixa extraxerit et cetera dicat in futurum sic videlicet
Siquis vero de Civitate et comitatus tudertini sine apodixa extraxerit et cetera po-
nat ut iacet ibidem, et addantur ista verba videlicet et Comitatus
Tudertini, dicto capitulo in qualibet parte suo firmo Nichilominus Rema-
nente cum adictione prefata, Quod capitulum cum dicta adictione scribi
mandaverunt in voluminibus statutorum et pro lege servari ab omnibus
et etiam bannire debere ut omnibus innotescat

Et Ego Nicolaus quondam Caroli Scarpamilii de Civitate de Regione
Collis et parrochia Sancti Leucii Imperiali auctoritate notarius, predicta omnia
et singula, prout in libro Reformationum, et decretorum comunis
tudertini Inveni, Ita hic fideliter exemplavi, de mandato
supradictorum dominorum priorum signumque meum infra apposui
consuetum

Signum mei Nicolay notarii ss.

In dei nomine amen. Hic liber sive quaternus continet omnes p-
reformationes deliberationes et secreta facta per infrascriptos dominos priores
populi Tudertini conservatores status pacifici dicte Civitatis
et alias plures varias et diversas scripturas factas et
scriptas per me Vanem olim domini Francisci de .. notarium et tunc
notarium reformationum et cancellarium communis et populi Civitatis
Tuderti primum sub anno a nativitate domini nostri yhesu xpisti Millesimo
CCC.xlii. Indictione .x. et primum sub anno a nativitate domini nostri
yhesu xpisti. Millesimo. CCC.xliii. Indictione. xi. domino Clemente. pp. vi.
sedente diebus et mensibus infrascriptis.

In dei nomine amen. Anno a nativitate domini nostri yhesu xpisti Millesimo CCC.
xliii. Indictione xi. domino Clemente papa vi sedente. Infrascripta
sunt nomina dominorum priorum populi Tudertini pro mensibus septembris et octubris
dicti anni et facta et gesta per eos in dictis duobus mensibus. videlicet

Fosce Morelli.
Fatonnus Fancioli.
Cola Cilii Nicolay.
Iacobus Tudini.
Antonius Nucii.
Cosciamucci Iacobuty.
Magister Bartolus Johannis.
Ciolus Andreoli Fruni.
Ugolinus Martini. et
Cobucci Raynucoli.

Die .xii. octubris.

Domini .. priores populi Tudertini simul congregati in secretario pala
tii habitationis ipsorum pro eorum officio exercendo ut moris est. absen
tium magistro Bartolo Johannis uno ex dictis dominis prioribus cum legitima
excusato. Cum per Comunitatem Tuderti bannitum et preconizatum
fuit in locis consuetis per preconem dicti Communis ex parte domini Capitanei
populi dicte Civitatis de voluntate et consensu dominorum priorum populi
Tudertini temporis preteriti quod nullus Civis vel Co
mitatinus sive forensis auderet vel presumeret extrahere mustum de Co
mitatu tuderti. ad penam .xxv. librarum pro qualibet salma et in predictis
bestiarum et musti cuius banni et bestiarum ac salmarum musti me
dietas fore Communis et alia. medietas Capientium ipsos extra
ctores et bestias. Cum multi .. facto ..

tris in eos adhuffoldas et palluctas secundum formam statuti pro[m]ulgati
Jantini unum expensis pro decem denariis pro et obtento con
cordit[er] nemine discordante providenti utilitate dictorum ex
omni eorum auctoritate qua habent providerunt deliberaverunt et declara
verunt quod dominus potestas et Capitaneus Civitatis tuderti et ma
ior officialis Cabelle dicte Civitatis presentes et futuri et quilibet
ipsorum possit eisque liceat ingredi et procedere per quemcumque modum
eis videbitur convenire contra omnes et singulos homines et personas
qui vel que commisserint aliqua gravationem sive vinum decoctum
tuderti a festo nativitatis per ... et omnes et singulos qui
fecerint in futurum et reptos culpabiles punire et condempnare
in decem libris pro qualibet salma gravie musti sive vini et
perdere bestias et saumas quas conduxerint cum processu et
sine processu sine strepitu et figura iudicii solepnitatibus et
substantialibus obmissis non obstantibus salvis semper aliis penis
maioribus que imponerentur per formam alicuius statuti vel ordina
menti comunis tuderti Civitatis de bestiis et salmariis ... pro
... sive extimatione ipsarum mercatorum ... et alia me
...ceras Capientium ipsos existentes et bestias cum salmis ...
... et teneantur Capientes ipsos detinere et bestias et salmas
ducere et consignare coram ... et officialibus ...
... vel alteri eorum dictos existentes bestias et salmas ...
... que capient vel seperint sub penis in statuto contenta. Et
quicumque inventus fuerit contra premissa per unum vicinare portare
vel ducere aliquid ... nisi ... pro ... usibus domus
sue intelligatur ... sive ... potaret.
Quod decretum et ordinamentum et omnia et singula in eo contenta va
leant et prevaleant et roboris obtineant firmitatem non
obstantibus aliquo statutis ordinamentis vel reformationibus loquentibus
in contrarium quoquo modo que omnia et singula in contrarium facientia
... cassis et irritis in hac parte habere volunt et de

dicerent, contra omnes et singulos vigore presentis decreti in hac parte totaliter
derogetur mandantes presens decretum pro lege et statuto firmari ac
ordinari et poni seu scribi in voluminibus statutorum communis Tuderti.

Die viiij octubris

Domini .. priores populi Tuderti simul in secretario palatii populi habitationis
eorum officio exercendo more solito aggregati, facto partito et misso
partito inter eos ad bussolas et palluctas secundum formam statutorum per
septem ex ipsis dominis prioribus, videlicet per sex eorum duobus eorum absente
tamen magistro Bartolo Johannis, quorum legitima excusatio et obtento per
octo eorum qui miserunt eorum palluctas in bussolam albam del sic
uno ipsorum non obstante qui misit suam palluctam in bussolam rubeam
del non, considerantes et actendentes quod ad presens in civitate
Tuderti vacat potissime offitium exercitii eorum quod indiget pro bono pacifico
statu, utilitate communis et populi Tuderti et pro salute defensione
salute ac augumento pacifici status civitatis predicte delibera
verunt, ordinaverunt et decreverunt quod nobilis et potens vir ..
Guido Ricciardi de Alberinis hon. capitaneus populi civitatis et districtus
Tuderti et eius curia possit eisque liceat inquirere et procedere quocumque
modo eis videbitur et placebit contra omnes et singulos homines et personas
qui contra formam statutorum, ordinamentorum communis Tuderti aliquid commisissent
seu aliquam iniuriam fecissent seu intulissent verbo vel opere seu
dicto vel facto contra ipsum dominum capitaneum vel eius officiales seu famu
los, seu contra aliquem ipsorum de mense septembris proxime preteriti et omnes
et singulos repertos culpabiles de predictis vel aliquo predictorum de iure
et de facto et cum processu et sine processu punire et condempnare
possit et valeat, sibique liceat secundum velle suum et ad arbitrium
ipsius domini capitanei et eius curie in ea quantitate pecunie que
eisdem placuerit eidem domino capitaneo et curie possit voluntas
consideratione personarum delinquentium et qualitate delicti in quibus omnibus et
singulis idem dominus capitaneus et eius curia procedere, inquirere et
condempnare possit seu possint eisque sine eis liceat sine strepitu
et figura iudicii solempnitatibus et substantialibus omissis

non obstantibus ad eorum arbitrium atque velle. Et si dictus dominus Capitaneus
et eius Curia processisset contra mactatorem Laboratorem abbatis
sancti fidentii habitatorem in villa Quingani et quod possit
in[illegible] de [illegible] sancti [illegible] inquisitione predictum dominum Capitaneum et eius Curiam
de qua inquisitione patet manu ser [illegible] notarii dicti domini Capitanei ad
aliquem actum iuris vel facti, aut compositionem presentis decreti et
auctoritate et vigore presentis ordinamenti et decreti, omnia predicta
et predicta plenam obtineant roboris firmitatem et aliquo tempore
occasione predictorum ipse dominus Capitaneus et eius Curia molestari non possit. [illegible]
Que omnia et singula suprascripta et suprascripta decreta et ordinamenta
contra valeant et prevaleant et roboris obtineant firmitatem
non obstante capitulo statuti comunis tudertini posito sub rubrica de
arbitrio non concedendo potestati vel capitaneo et aliquo capitulo statuti
dicti comunis posito sub rubrica de pena offendentis potestatem vel capitaneum
seu alios officiales forenses et non obstantibus etiam aliquibus statutis
reformationibus ordinamentis et aliquo iure comunis vel civilis loquentibus
in contrarium quomodocumque que omnia et singula consuspensa cassa et
irrita in hac parte habere voluerunt et decreverunt et ipsis omnibus et
singulis vigore presentis decreti in hac parte totaliter derogetur
attendentes presens decretum pro lege et statuto servari et poni de
verbo ad verbum in voluminibus statutorum comunis tudertini.

Et Ego Benedictus condam [illegible] civis tudertinus publicus imperiali auctoritate notarius atque iudex ordinarius predicta omnia et singula prout in
libro reformationum et decretorum comunis tudertini inveni ita hic fideliter
exemplavi de mandato suprascriptorum dominorum priorum et signum meum
iuxta appositum consuetum

Sygnum mey — Benedicti notarii subscripti

Die xvii. Novembris.

Domini .. priores populi Tudertini simul in palatio ipsorum habitationis
more solito congregati pro eorum offitio exercendo facto
primo et misso partito inter eos ad bussolas et palluctas
per Franciscum Jacobelli Iusterie unum ex prioribus prio-
rum dictorum priorum et obtento concorditer nemine discordante
ex omni eorum auctoritate qua habent providerunt, deliberaverunt
decreverunt et ordinaverunt quod Stefanus condam Petrucoli
de Arte ferrariorum dicte civitatis auctoritate presentis decreti
sit integraliter restitutus ad famam ad honores et ad actus
legitimos faciendos et statum integrum in quibus et in quo
et in qua erat ante quam Nobilis vir Feltrianus domini Federigi
de Monteferetri olim Capitaneus Comunis et populi civitatis
Tuderti procedere incepisset contra eundem Stefanum per inquisitionem ex
quo inquisitionis processu condepnavit ipsum Stefanum in libris
ducentis vigintiquinque prout hec et alia in ipsa condepnatione et
condepnationis sententia sub quacumque conceptione verborum sive cuiuscum-
cumque conditionis continetur cum ipse Stefanus fuit et sit homo bone
conditionis opinionis et fame omnemque iuris et facti in-
famiam et notam infamie quam per eos processum inquisitionem
et condepnationem seu per confessionem super dicta inquisitione facta
coram dicto Capitaneo et eius iudice maleficiorum vel altero ipsorum
vel coram alterius predictorum incurrisset seu lapsus vel notatus esset
ab eodem Stefano abstersertur et removerunt. Et hec fecerunt
ipsi domini .. priores considerato crimine quod per eundem Stefanum
dicatur fuisse commissum et considerata eius bona et pura con-
scientia et voluerunt et mandaverunt dicti domini .. priores ex
nunc ipsum Stefanum tamquam virum bone fame conditionis
et status fore admictendum omnes honores officia dignitates

ARCHIVIO ... BIBLIOTECA COMUNALE

Et actus legiptimos perit et sic admictuntur boni viri
et legales quorum oppinio apud bonos et graves inlesa
non est lesa. Et quod nemini de frequens contra eundem Stefanum
aliquam exceptionem proponere liceat in aliqua curia comunis Tuderti
vel alibi pretextu dicte pretense processus confessionis et condempnationis predictarum
vel alterius eorum vel ipsum repellere ab honoribus officiis et dignitatibus
et actibus legiptimis vel aliquorum pena centum librarum denariorum cort.
pro quolibet et vice qualibet auferenda Et nichilominus
dicta exceptio non valeat nec admictatur Et sit
nulla et nullius efficacie et momenti. presens autem
decretum predicti domini Priores voluerunt et mandaverunt
habere perpetuam roboris firmitatem aliquibus huiusmodi
statutis et reformationibus et dictis processu confessione ac
condempnatione vel aliquo eorum non obstantibus quoquo modo
quibus omnibus in contrarium loquentibus tacitis vel expressis
sint per presens decretum totaliter derogetur et ea omnia
suspensionem quo adhoc omnimoda patiantur.

Et Ego Benedictus quondam Hengetti Guidi de Tuderto Et
pas sct pp& Imperiali auctoritate notarius atque iudex ordinarius predicta
omnia et singula prout in libro reformationum et decretorum
comunis Tuderti inveni ita hic fideliter exemplavi de
mandato dominorum Priorum populi comunis Tuderti sub anno
domini millesimo trecentesimo quatragesimo tertio indictione
undecima tempore domini Clementis pape sexti Et
signum meum apposui consuetum infra

Signum mei Benedicti notarii suprascripti.

1343 | Die x. decembris.

Domini priores populi Tudertini simul congregati in palatio residentie
habitationis eorum officio exercendo ut moris est sono campane et
misso partito inter eos ad bussolas et palluctas secundum formam statuti
per Contolum [illegible] unum ex prioribus predictis de voluntate dictorum priorum
et obtento concorditer nemine discordante ad honorem et reveren-
tiam omnipotentis dei et gloriose virginis marie matris christi
et beati sancti fortunati confessoris patroni et defensoris communis et populi
Civitatis Tuderti, perpendentes quantum cedat ad ~~cedat ad~~
decus Civitatis Tuderti et honorem et personis dicte Civitatis si
Ecclesia Beati fortunati predicta ad perfectionem deducatur optatam ut
opus dicte Ecclesie recipiat incrementum vigore eorum auctoritate qua
sunt providendi utilitate dicti communis ut ipse deus omnipotens
Civitatem ac etiam comitatum tuderti in perpetua pace conservet providerunt
ordinaverunt et decreverunt ut infra sequitur videlicet

In primis quod omnes et singuli tam de Civitate quam de comitatu Tuderti
habentes vel habebunt aliquas bestias dictas ad somandum asininas
vel mulinas sive equinas teneantur et debeant eorum expensis hinc
ad quinque annos proxime venturos cum ipsis bestiis deferre seu deferri
facere ad Civitatem tuderti apud Ecclesiam sancti fortunati pro opere dicte
Ecclesie duas salmas ad minus quolibet anno dictorum quinque annorum
Lapidum vel arene vel calcis, ab illis et de illis locis comitatus tuderti ubi
[illegible] et [illegible] seu mandatum fuit de lapidibus rena et calce
[illegible] dicte [illegible] per presidentes seu camerarios operis dicte Ecclesie
electos vel eligendos pena. C. solidorum pro quolibet et qualibet pena [illegible]

pro fabrica Sancti Fortunati

ARCHIVIO • TODI • BIBLIOTECA COMUNALE

offitiales eorum tenti tenentur et debeant de facto sine alio processu civibus qui facient ad petitionem dictorum camerariorum vel suppositorum dum modo nullus possit ad ista cogi nisi de mensibus decembris et januarii aprilis vel maii cuiuslibet eorum annorum.

Item quod omnes et singuli sindici castrorum et villarum comitatus Tuderti teneantur et debeant ad petitionem suppositorum seu camerariorum dicti operis assignare eisdem suppositis seu camerariis omnes et singulos homines et personas de eorum castris et villis habentes aliquas bestias asininas mulinas vel equinas aptas ad portandum ad penam X librarum pro quolibet sindico et vinculo iuramenti.

Item quod predictos suppositos seu camerarios quos eis visum fuerit eligere et eligi debeant duo homines de unaquaque porta civitatis Tuderti qui homines sic electi teneantur et debeant assignare dictis suppositis seu camerariis omnes et singulos homines et personas habentes aliquas bestias asininas mulinas vel equinas aptas ad portandum in dicta civitate et burgis et suburgis ad penam decem librarum et vinculo iuramenti.

Item quod omnes et singuli tam de civitate quam de comitatu Tuderti vel etiam aliunde volentes vel debentes carreare calcem vel renam vel lapides ad dictam ecclesiam propter ipsius opus possint et eis liceat ad dictam ecclesiam carreare et salmas deferre cum eorum bestiis diebus dominicis et festivis impune non obstantibus aliquibus statutis vel ordinamentis civitatis Tuderti quibuscumque dictis in contrarium loquentibus.

Item quod substituti [illegible] in [illegible] ecclesie electi ad eligendi possit
et eis liceat [illegible] quotienscumque eis videbitur et placebit ipsos
[illegible] quos ipsi voluerint mandare facere [illegible] et [illegible] et illos tam
[illegible] voluntate quam de [illegible] [illegible] habentibus [illegible]
quod [illegible] suas [illegible] [illegible] calore vel [illegible] quas [illegible] et [illegible]
[illegible] forma [illegible] administratores [illegible] debent [illegible]
[illegible] ecclesie ad [illegible] [illegible] debeat [illegible] sive [illegible] [illegible] eisdem sub-
stitutis seu [illegible] videbitur et placebit sub pena [illegible] [illegible]
[illegible] et modo [illegible] forma et ordine quibus ipsis substitutis seu [illegible]
videbitur et placebit et quod omnes et singuli [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] eisdem substitutis sive [illegible] [illegible] debeant
[illegible] et [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] que et quas
ipsi substituti seu [illegible] voluerint et [illegible] eis [illegible]
[illegible] vel mandatum [illegible] C. [illegible] pro qualibet et qualibet vice.

Item quod [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] fuerint [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] et [illegible] substitutorum seu [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] quos ipsi substituti seu [illegible] voluerint [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ob
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

[I]. Die decima decembris.

Dni .. priores populi Tuderti simul in palatio ipsorum habitatoris more
solito congregati pro eorum offitio exercendo facto prius et misso partito inter
eos ad buxolas et palloctas secundum formam statuti per Carolum Gualfredelli
unum ex ipsis super dictis dominis prioribus et obtento concorditer, nemine discor
dante, ex omni eorum auctoritate qua fungitur providerunt deliberaverunt decreverunt
et ordinaverunt quod Polutius Lelli de Vallis et parrochie sancti Salva
toris, Dominicus [illegible] alias [illegible] Formanis de [illegible] predicti
et Ambrosius Landi macellarius habitator [illegible] [illegible] eorum
auctoritate presentis decreti sit integraliter restitutus ad famam ad honores
et actus legiptimos faciendos et statum integrum [illegible] et in quo [illegible] erant
ante quam nobilis vir Guido [illegible] de [illegible] Capitaneus communis
et populi Civitatis Tuderti predicti incepisset contra ipsos Polutium,
Dominicum et Ambrosium et quemlibet eorum per inquisitionem ex quo
inquisitione processit condempnavit ipsos Polutium, Dominicum et Ambrosium
et quemlibet eorum in libris centum quinquaginta denariorum [illegible] parvorum prout
sic ut dicitur in ipsa condempnatione et condempnationis sententia sub quacumque con
ceptione verborum sive cum quacumque conditione continetur. Cum ipsi Polutius
Dominicus et Ambrosius et quilibet eorum fuerint et sint homines bone
conditionis oppinionis et fame, omnique iure et facta infamiam et
notam infamie quod per dictos processum inquisitionem et condempnationem seu per aliquam
vel aliquos eorum confessionem super dicta inquisitione factam coram dicto Capitaneo
et eius iudice [illegible] vel alterum eorum vel coram alteris predictorum incurrisset
seu lapsi vel notati essent, dicti Polutius Dominicus et Ambrosius vel
alter ipsorum [illegible] quod ipsorum abstersserunt et removerunt et deleverunt
dicti domini priores considerato crimine quod predictos Polutium Dominicum et

Ambrosium et quemlibet ipsorum dictum fuisse grauatum et consideratam eorum et
quemlibet ipsorum bona et pura conscientia et voluerunt et mandaverunt
dicti domini priores generaliter ipsos Politianum Dominicum et Ambrosium et
quemlibet ipsorum tamquam viros bone fame condictionis et status fore admictendos
ad omnes honores offitia et dignitates et actus legiptimos prout
et sicut admictuntur boni viri et legales quorum oppinio apud bonos
et graves in aliquo non est lesa et quod nemini deinceps contra eosdem
Politianum Dominicum et Ambrosium vel alterum ipsorum aliquam exceptionem
proponere liceat in aliqua curia civitatis Tuderti, vel alibi pretextu suprascripti
processus confessionis et condempnationis predictorum vel alterius ipsorum vel ipsos
aut eorum alterum repellere ab honoribus offitiis dignitatibus et actibus
legiptimis vel aliquo eorum pena centum librarum denariorum cortonensium pro quolibet
et vice qualibet auferenda et nichilominus dicta exceptio non valeat
nec admictatur et sit nulla et nullius efficacie et momenti
presens autem decretum prefati domini priores voluerunt et mandaverunt habere per-
petuam roboris firmitatem aliquibus iuribus statutis et reformationibus
et dictis processu confessione ac condempnatione vel aliquo ipsorum non obstantibus
quoquo modo contrariis omnibus in contrarium loquentibus tacite vel expresse habitis
presens decretum totaliter derogetur et ea omnia suspensa esse quo ad
hoc omnimodam patiantur.

Die decima decembris.

Domini .. priores populi Tuderti, simul congregati in palatio ipsorum habitationis
pro eorum offitio exercendo ut moris est, facto prius et misso partito inter
eos ad bussolas et palluctas secundum formam statuti per Contolum Gualfredelli
unum ex prioribus ipsorum de eorum numero et obtento concorditer nemine
discordante ex omni eorum auctoritate qua habent providerunt deliberaverunt et
decreverunt et ordinaverunt. Quod nobilis Stefanus Saminonis et [illegible]

BIBLIOTECA COMUNALE TODI

procedi, de plenitudine Comunis Tiburtis et quolibet eorum auctoritate
presentis decreti, sunt integraliter restituti, ad famam, ad honores ciuilles
legiptimos faciendos et statum integrum in bonis et persona et in persona
ipsi et quolibet eorum erant ante quam Nobilis vir Guido Bernardi de
Liberti Capitaneus Comunis et populi Civitatis Tiburtis predicte
incepisset contra eosdem Stefanum et Marianum et quemlibet eorum
processum inquisitionem ex quo inquisitionis processu condepnavit ipsos Stefanum
et Marianum, et quemlibet eorum, in septuaginta quinque libris den. cort.
prout sic vel aliter in ipsa condepnatione et condepnationis sententia plenius
cuius excepte ulterius sive quaternis dicti Comunis. Cum ipsi
Stefanus et Marianus et quilibet fuerint et sint homines bone conditionis
opinionis et fame omnemque iuris et facti et infamiam et notam
infamie quam predictos processum inquisitionem et condepnationem seu per eos
vel alterum ipsorum confessionem super dicta inquisitione facta Comuni dicto Capitaneo
vel eius iudicibus vel alteri ipsorum vel curie alterius predictorum in-
currissent seu tamquam vel notati erant ab eodem Stefano et Mari-
ano et quolibet ipsorum abstersserunt et removerunt. Et hec
fecerunt dicti domini priores considerato crimine quod per eosdem Stefa-
num et Marianum et quemlibet eorum dicitur fuisse commissum et
conscientia eorum et cuiusque ipsorum bona et pura conscientia et voluntate
et mandaverunt dicti domini priores quod ipsos Stefanum et Marianum
et quemlibet eorum tamquam viros bone fame conditionis et status fore
admictendos ad omnes honores officia dignitates et actus legiptimos
prout et sicut admictuntur boni viri et legales quorum opinio apud
bonos et graves in aliquo non est lesa et quod nemini deinceps
contra eosdem Stefanum et Marianum vel alterum ipsorum aliquam

exceptionem opponere non liceat in aliqua Curia communis Tuderti vel
alibi preterea inquisitionem processus condempnationes et condepnationes predictorum vel
alterius eorum vel ipsos aut alterum ipsorum repellere ab honoribus offi-
ciis dignitatibus et actibus legiptimis vel aliquo eorum pena
Centum librarum denariorum communi pro quolibet et vice qualibet au-
ferenda et nichilominus dicta exceptio non valeat nec ad-
mictatur et sit nulla et nullius efficacie et momenti
presens autem decretum predicti domini priores voluerunt et mandaverunt
habere perpetuam roboris firmitatem aliquibus iuribus statutis
et reformationibus et dictis processibus condempnationibus ac condepnationibus vel aliquo
ipsorum non obstantibus quoquo modo quibus omnibus in tantum loquentibus
tacite vel expresse per presens decretum totaliter derogetur
et eis omnia suspensa sint quo ad hec omnimoda patiantur.

Die decima quinta decembris

Domini priores populi tudertini simul in eorum habitationis palatio pro eorum
offitio exercendo more solito congregati facto inter eos et misso
partito inter eos ad bussulas et palluctas secundum formam statuti
per Contolum Gualfredelli unum ex prioribus predictorum de eorum dictorum priorum
et obtento concorditer nemine discordante ex omni eorum auctoritate
quam habent providerunt deliberaverunt decreverunt et ordinaverunt.
quod Petrus magistri bartoli. Lippus andreoli. Beradus tinnoy.
Francus Iacobi. de castro quinti comitatus Tuderti et quilibet eorum
auctoritate presentis decreti sint integraliter restituti ad famam et
honores et ad actus legiptimos faciendos et statum integrum in quibus
et in quo et in qua erant ante quam per Nobilem virum Guidonem Beconi
de bobertinis Capitaneum communis et populi Civitatis et Comitatus tuderti

BIBLIOTECA COMUNALE TODI

procedē incepisset q̄t eos et quemlibet eorum p inquisitoem
ex quo inquisitoris processu condepnavit ipsos. Petrum, Lippum,
Benedum. et Vannucium et quemlibet eorum. In septuagintaquinq.
libris bonorum dcī comīs. prut sic vel aliter in ipsa condepnatione
et condepnatioem eius sub quacumque conceptoem verborum seu
quacumque condictoem continetur. Cum ipsi Petrus. Lippus.
Benedus. Et Vannucius et quilibet ipsorum sint homines bone con
dictoem oppinionis et fame omnique iure et facti infamia
et nota infamie q̄ p dictos processum inquisitoem et condepnatioem
seu p ipsorum vel cuiuslibet eorum confessionem sup dca inquisitoe facta
coram dco capitaneo et eius iudice maleficiorum vel altero ipsorum vel
occe alterius pdcorum incurrissent seu lapsi vel notati essent
absolvem Petro. Lippo. Benedo. et Vannucio abstersunt et
removerunt. Et hoc fecerunt ipsi dni priores considerato cri
mine qd p ipsos et eorum quemlibet dicitur fuisse commissum
et considerata eorum et cuiusque eorum bona et pura conscientia et
voluerunt et mandaverunt dci dni priores dictos ipsos Petrum,
Lippum Benedum et Vannucium et eorum quemlibet tamquam viros bone
condictionis fame et status fore admictendos ad omnes honores
offitia dignitates et actus legiptimos prut et sicut ad
mictuntur boni viri et legales quorum oppinio apud bonos
et graves in aliquo non est lesa. Et quemini deinceps q̄t
eos vel eorum alterum aliquam exceptoem opponē liceat. In
aliqua curia corte tribunali vel alibi pretextu inquisitoris processus
confessionis et condepnationis pdcorum vel alterius eorum vel ipsos aut
alterum ipsorum repellere ab honoribus offitiis dignitatibus et
actibus legiptimis vel aliquo eorum vera contumelias dcī comīs
quoquolibet, et vice qualibet inferenda et nichilominus dca
exceptio non valeat nec admictatur et sit nulla, nullius

Efficatie et momenti. Presens autem decretum predicti domini priores voluerunt et mandaverunt habere perpetua roboris firmitate aliquibus iuribus statutis et reformationibus et dictis processu concessionibus ac condepnationum vel aliquo ipsorum non obstantibus quoquo modo generis omnibus in contrarium loquentibus tacitis vel expressis quibus per presens decretum totaliter derogetur et ea omnia suspensionem quo ad hoc omnimodam patiantur.

BIBLIOTECA COMUNALE

Liber potentum et magnatum de civitate et comitatu Tuderti et tractari debent pro potentibus et magnatibus civitatis et comitatus eiusdem.

In nomine domini nostri Yhesu Christi salvatoris amen. Hoc est exemplum sive copia cuiusdam libri in se continentis omnes nobiles et potentes de civitate et comitatu Tuderti et etiam de casatis cuiusdem libri tenor talis est.

Infrascripta est certa nobilium et potentum dominorum civitatis et comitatus Tuderti qui sunt et tractari debent pro nobilibus et potentibus et de casatis videlicet istis. Facta per dominos priores populi conservatores pacifici status communis et populi civitatis Tuderti et per consules artium dicte civitatis secundum formam statuti et scripta per me Iacobum magistri [illegible] imperiali auctoritate notarium nunc officialem et scribam communis Tuderti et dictorum dominorum priorum ad decreta et reformationes consiliorum dicti communis Tuderti et dictorum dominorum priorum specialiter deputatum. Sub anno domini millesimo trecentesimo trigesimo octavo, indictione sexta, de mense Ianuarii, tempore domini Benedicti pape duodecimi que inferius per ordinem declarantur.

Die octavo mensis Ianuarii.

